matris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille
maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi bene-
dictionibus repleat. Vix ysaac loquẽ
impleverat: et egressus iacob foras: ve-
nit esau: coctisq; de venatione cibos
intulit patri dicens. Surge pater mi:
⁊ comede de venatione filij tui: ut bñdi-
cat michi anima tua. Dixitq; illi ysa-
ac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego sũ
filius tuus primogenitus esau. Expavit
ysaac stupore vehemẽti: ⁊ ultra q̃ credi
potest admirãs ait. Quis igitur ille est
qui dudũ capram venationi attulit
michi: ⁊ comedi ex omnibus priusq; tu
venires? Benedixi eq̃ ei: ⁊ erit bñdictus.
Audiens esau sermonibus pris: erupit
clamore magno: et rõsternatus ait. Be-
nedic etiã et michi pater mi. Qui ait.
Venit germanus tuus fraudulenter: ⁊
accepit bñdictionẽ tuã. At ille subiũxit.
Iuste vocatũ est nomẽ eius iacob. Sup-
plantavit enim me: en altera vice. Pri-
mogenita mea ante tulit: et nũc ecce
surripuit bñdictionem meã. Rursũq;
ad patrẽ: nũquid non reservasti ait ⁊
michi benedictionẽ? Rñdit ysaac. Do-
minũ tuũ illũ ostitui: ⁊ omnes fratres
eius fuituri eius subiugavi. Frumẽto et
vino ⁊ oleo stabiliui eũ: ⁊ tibi post hec
fili mi: vltra q̃d faciã? Qui esau: num

unã inquit tantũ benedictionẽ habes
pater? Michi q̃ obsecro ut benedicas.
Cumq; eiulasset magno fletu: motus
ysaac dixit ad eũ. In pinguedine terre
et in rore celi desup erit benedictio tua.
Vivies in gladio: et fratri tuo servies:
tempusq; veniet: cũ ergo vas: ⁊ soluas
iugum tuũ de ceruicibus tuis. Obtenta
ergo benedictione esau iacob: pro bñdictione
qua bñdixerat ei pater. Dixitq; in cor-
de suo. Venient dies luctus pris mei:
et occidã iacob fratrẽ meũ. Nunciata
sunt hec rebecce. Que mittens ⁊ vocans
iacob filiũ suũ: dixit ad eũ. Ecce esau
frater tuus minatur ut occidat te. Nunc
ergo fili audi vocẽ meã: ⁊ consurgẽs
fuge ad laban fratrẽ meum in aram:
habitabisq; cũ eo dies paucos: donec
requiescat furor fratris tui: et oblit ira
indignatio eius: obliviscaturq; eorũ que
fecisti in eũ: postea mittam: et adducã
te inde huc. Cur utroq; orbabor filiis
in uno die? Dixitq; rebecca ad ysaac.
Tedet me vite mee: ppter filias heth. Si
acceperit iacob uxorẽ de stirpe huius
terre: nolo vivere.

XXVIII

Vocavit itaq; ysaac iacob: ⁊ bene-
dixit eũ: preceptq; ei dicens. Noli
accipere cõiugem de genere chanaan:
sed vade: et proficiscere in mesopotha-
miam syrie: ad domũ bathuel patris
matris tue: et accipe tibi inde uxorem
de filiabus laban avunculi tui. Deus aut
omnipotens benedicat tibi: ⁊ crescere te
faciat atq; multiplicet ut sis in turbas
ploꝝ: ⁊ det tibi benedictiones abrahe
et semini tuo post te: ut possideas ter-
ram peregrinationis tue: quã pollicit⁹
est avo tuo. Cũq; dimisisset eũ ysaac:
profectus pervenit in mesopotamiam
syrie: ad laban filiũ bathuel syri: frãtr
rebecce mãs sue. Videns autẽ esau q̃
benedixisset pater suus iacob: et misisset
eum in mesopotamiã syrie: ut inde
uxorẽ ducere: et q̃ post benedictionẽ
preceptisset et dicens: non accipies uxorẽ
de filiabus chanaan: quodq; obediens
iacob parentibus suis: isset in syriam:
probans quoq; q̃ non libenter aspi-
ceret filias chanaan pater suus: venit
ad ysmahelem: et duxit uxorem: abiit
hijs quas prius habebat: nescilicet filij
am ysmahel filij abrahã sororem na-
baioth. Igitur egressus iacob de bersa-
bee: pergebat aran. Cũq; venisset ad
quendã locũ: et vellet in eo requiescere
post solis occubitũ: tulit de lapidibus
qui iacebant: et supponens capiti suo:
dormiuit in eodem loco. Viditq; in
somnis scalã stãtem sup terrã: et cacu-
men illius tãgens celũ: angelos quoq;
dei ascendentes et descendentes per eam:
⁊ dñm innixũ scale dicentem sibi. Ego
sum dñs deus abraham patris tui:
et deus ysaac. Terrã in qua dormis:
tibi dabo ⁊ semini tuo: eritq; semẽ tuũ
sicũ pulvis terre. Dilatabiris ad orien-
tem ⁊ occidentem: ⁊ septentrionẽ et me-
ridiẽ: et benedicentur in te et in semine
tuo cũcte tribus terre. Et ero custos tuus
quocũq; perrexeris: ⁊ reducã te in terrã
hanc: nec dimittam nisi completero
omnia q̃ dixi. Cũq; evigilasset iacob
de somno ait. Vere dñs est i loco isto:
et ego nescieba. Pavensq; ait terribilis
est inquit locus iste. Non hic aliud
nisi domus dei: et porta celi. Surgens
ergo iacob mane: tulit lapidẽ quem
suposuerat capiti suo: ⁊ erexit in titu-
lum: fundens oleũ desup. Appellavitq;
nomen vrbis bethel: que prius luza
vocabat. Vovit etiã votũ dicens. Si
fuerit deus meũ: et custodierit me in
via per quam ego ambulo: et dederit

michi panē ad velandū. ⁊ vestimentū
ad induendū. reuertisq; fuero pspere
ad domū pris mei: erit michi dns in
deū. et lapis iste quē erexi in titulū. vo-
cabit dom⁹ dei: cuncto quē ē dederis
michi. decimas offerā tibi. xxviii

Profect⁹ ergo iacob. venit in terrā
orientalem: et vidit puteum in
agro: tres q̄ greges ouiū accubantes
iuxta eū. Nam ex illo adaquabantur
pecora: ⁊ os eius grandi lapide clau-
debatur. Moslq; erat. ut cūctis quibus
congregatis euolueret lapide: ⁊ refectis
gregibus rursum sup os putei poneret.
Dixitq; ad pastores. Fres unde estis?
Qui rndeūt. De aran. Quos interro-
gans: nūquid ait nostis laban filiū
nachor? Dicunt. Nouim⁹. Sanus
ne est inquit? Valet inquiunt: et ecce
rachel filia eius venit cum grege suo.
Dixitq; iacob. Adhuc multū diei su-
perest: nec est tempus ut reducantur ad
caulas greges. Date ante potū ouibus:
⁊ sic eas ad pastū reducite. Qui respō-
derunt. Non possum⁹. donec omnia
pecora cōgregent: ⁊ amoueam⁹ lapi-
dem de ore putei ut adaquem⁹ greges.
Adhuc loquebantur: ⁊ ecce rachel veni-
ebat cū ouibus patris sui. Nam gregem
ipsa pascebat. Quā cū vidisset iacob
et sorore consobrinā suā. ouisq; laban
auūculi sui: amouit lapidem quo pu-
teus claudebatur: et adaquato grege
osculat⁹ est eā. Et eleuata voce fleuit:
et indicauit ei q̄ frater esset pris sui: et
filij⁹ rebecce. At illa festinās nūciauit
patri suo. Qui cum audisset venisse ia-
cob filiū sororis sue. occurrit obuiā
ei: complexusq; eum. ⁊ in osculo ręsu-
duit in domū suā. Audiēs autē cau-
sis itineris rndit. Os meū es: et caro
mea. Et postq̄ impleti sunt dies menś

uni⁹. dixit ei. Num quia frater meus
es. gratis ęstues michi? Dic quid mer-
edis accipias. Habebat uero duas
filias. Nomē maioris lya: minor ue-
ro appellabatur rachel. Sed lya lippis
erat oculis: rachel decora facie ⁊ venusta
aspectu: qm diligēs iacob ait. Seruiā
tibi pro rachel filia tua minore. septē
annis. Rndit laban. Melius ē ut tibi
eam dem q̄ alteri viro. Mane apud
me. Seruiuit ergo iacob pro rachel se-
ptem annis: ⁊ videbant illi paucī dies
pre amoris magnitudine. Dixitq; ad
laban. Da michi vxorem meā. quia
iam temp⁹ expletū est ut ingrediar ad
illā. Qui vocatis multis amicis ur-
bis ad nuptiū fecit nuptias: ⁊ vespere
lyam filiā suā introduxit ad eū: tradi-
ta ancillā filie zelpha nōīe. Ad quā cū
ex more iacob fuisset ingressus. facto
mane vidit lyam: ⁊ dixit ad socrū suū.
Quid est quod facere voluisti? Nōne
pro rachel seruiui tibi? Quare impositi
sti michi? Rndit laban. Mō est i loco
nostro seruitudinis: ut minores ante
tradam⁹ ad nuptias. Imple ebdoma-
dam dierū huⁿ: copule: et hāc q̄ dabo
tibi. pro opere quo seruiuis es michi
septē ānis alijs. Acquiuit placito:
⁊ ebdomada trāsacta rachel duxit uxo-
rem. Cui pater seruā balam tradiderat.
Tandēq; potit⁹ optatis nuptiis. amo-
rem sequentis priori preculit: seruiens
apud eū septem annis alijs. Videns
aūt dominⁿ q̄ despiceret lyam. aperuit
vulvā eius: sorore sterili permanente. Que
cōceptū genuit filiū: vocauitq; nomē
eius rubēn dicens. Vidit dns humili-
tatem meā. Nunc amabit me vir me-
us. Rursūq; cōcepit: ⁊ peperit filiū ⁊ ait.
Quū vidit me dns habēn cōtempti:
tedit eā ictū michi. Vocauitq; nomē

eius symeon. Conceptq; tercio ⁊ genuit
aliū filiū: dixitq; Nunc q̄ copulabit
michi maritus meus: eo q̄ peperim ei
tres filios. Et idcirco appellauit nomē
eius leui. Quarto cōcepit: ⁊ peperit filiū
et ait. Modo cōfitebor dno. Et ob hoc
vocauit eū iudam. Cessauitq; parere.

Cernens autem rachel. q̄ xxx
infecūda esset. invidit sorori suę:
et ait marito suo. Da michi liberos:
alioquin moriar. Cui irat⁹ rspōdit
iacob. Num pro deo ego sum. qui pri-
uauit te fructu ventris tui? At illa. ha-
bro inquit famulā balam: ingredere
ad illam ut pariat sup genua mea: ⁊
habeā ex illa filios. Deditq; illi balā
in coniugiū. Que ingressa ad se viro:
concepit et peperit filiū. Dixitq; rachel.
Iudicauit michi dominⁿ: ⁊ exaudiuit
voce meā dans michi filiū. Et idcirco
appellauit nomen eius dan. Rursūq;
bala cōceptū peperit alterū: p quo
ait rachel. Coercuit me dns cū soro-
re mea. ⁊ inualui. Et vocauitq; eum ne-
phtalim. Seruēs lya q̄ parere desiliet:
zelpham ancillam suā mario tradi-
dit. Qua post conceptum edente filiū
dixit. Feliceē. Et idcirco vocauit no-
men eⁿ gad. Peperit q̄ zelpha alterū:
dixitq; lya. Hoc pro beatitudine mea.
Beatā quippe me dicēt omnes mulie-
res. Propterea appellauit eū aser. Egre-
ssus aūt rubēn tpe messis inuenit i agrō
reperit mādragoras: quas matri lye
detulit. Dixitq; rachel. Da michi partē
de mandragoris filij tui. Illa rndit.
Parū ne tibi videt⁹ q̄ rapueris mari-
tum michi: nisi etiam mādragoras
filij mei tuleris? At rachel. Dormiat
tecū hac nocte pro mandragoris filij
tui. Redeuntq; ad vsperam iacob de
agro: egressa ē in occursū eⁿ lya. et ait.
Ad me inquit intrabis: quia mercede
conduxi te pro mādragoris filij mei.
Dormiuitq; cū ea nocte illa: et exaudi-
uit deus pces eius. Conceptq; ⁊ peperit
filiū quintū. et ait. Dedit dⁿ mercēdē
michi. quia dedi ancillam meā viro
meo. Appellauitq; nomen eⁿ ysachar.
Rursum lya concipiens peperit sextū filiū.
⁊ ait. Ditauit me dⁿ dote bona. Etiā
hac vice mecū erit maritus meⁿ: eo q̄
genuerim ei sex filios. Et idcirco appel-
lauit nomē eius zabulon. Post quē
peperit filiā nōīe dinam. Recordatusq;
dns rachelis. exaudiuit eā: ⁊ aperuit
vulvam eius: que concepit et peperit filiū
dicens. Abstulit deus oprobriū meū.
Et vocauit nomē illius ioseph dicēs.
Addat michi dns alterū. Natō autē
ioseph: dixit iacob socero suo. Dimit-
te me. ut reuertar in patriā meā et ad
terrā meā. Da michi vxores et liberos
meos. p quibs seruiui tibi. ut abeam.
Tu vō nosti seruitutē qua seruiui tibi.
Ait ei laban. Inueniā gratiā in con-
spectu tuo. Experimēto didici. q̄a bene
dixerit michi deus. pter te. Constitue
mercedem tuam quā dem tibi. At ille
rndit. Tu nosti quō seruierim tibi: et
quāta in manibus meis fuerit possessio
tua. Modicū habuisti ante q̄ venirē ad
te. et nūc diues effectus es: benedixitq;
tibi deus ad introitū meū. Justū ē igit
ut aliquādo. pridē domui mee. Dixit-
q; laban. Quid tibi dabo? At ille ait.
Michil volo: sed si feceris q̄d postulo:
rursū pascam et custodiam pecora tua.
Hira omnes greges tuos. et separa
cūctas oues varias et sparsa vellera:
et quicq; fuluū et maculosum variūq;
fuerit. tam in ouibus q̄ in capris. erit
merces mea. Respōdebitq; michi cras
iustitia mea. quando placuit tempus

adueuerit corã te: et oĩa que nõ fuerũt
varia ⁊ maculosa ⁊ fulua. tam ĩ ouibus
q̃ in capris fuerit me arguet. Dixitq;
laban. Hanc habeo qd̃ pris. Et separa-
uit ĩ die illa capras ⁊ oues ⁊ hircos
⁊ arietes. varios ⁊ maculosos. Cunctũ
autẽ gregẽ unicolorẽ id ẽ albi ⁊ nigri
velleris. tradidit ĩ manu filiorũ suorũ:
et posuit spatiũ inuicis inter se ⁊ gene-
rum mũ dieq; q̃ pascebat reliq̃s greges
ei. Tolleus ergo iacob virgas popu-
leas virides ⁊ amigdalinas ⁊ ex pla-
tanis et parte decorticauit eas. Decra-
tisq; corticibus ĩ hijs q̃ spoliata fuerãt
candor apparuit: illa vero que incorta
fuerũt viridia pmanserũt: atq; ĩ hunc
modũ color effect⁹ ẽ varius. Posuitq;
eas ĩ canalibus. vbi effundebat aqua:
ut cũ venisset greges ad bibendũ ante
oculos haberẽt virgas: et ĩ aspectu eas
conciperent. Factũq; est ut in ipo calore
coitus. oues intuerent virgas: ⁊ pare-
rent maculosa ⁊ varia. et diuerso colo-
re respersa. Diuisitq; gregem iacob: et
posuit virgas in canalibus ante oculos
arietũ. Erãt autẽ alba et nigra quem-
q; laban: cetera vero iacob. separans in-
ter se greges. Igit̃ quãdo pmo coepe-
rat descendere oues ponebat iacob vir-
gas ĩ canalibus aquarũ ante oculos
arietũ ⁊ ouiũ. ut in eis decuplarentur
concipẽs: quãdo vero seroina adunssu
ra erãt. ⁊ conceptu egrediebat: nõ ponebat
eas. Factaq; sunt ea q̃ erant seroina:
laban: et que primi temporis. iacob.
Ditatusq; est homo ultra modum: et
habuit greges multos. ancillas et ser-
uos. camelos et asinos.

xxxi

Audiitq; autẽ audiuit verba filiorũ
laban dicentiũ. tulit iacob oĩa
hec fuerũt pris nr̃i. ⁊ de illis facultate
ditatus. fact⁹ ẽ inclitus: animaduertit q̃
faciem laban. q̃ non esset erga se sicut
heri et nudiustertius: maxime dicente
sibi dõo reuertere in terrã patrũ tuorũ
et ad generationẽ tuã ero tecũ: misit
et vocauit rachel et lyam in agrũ vbi
pascebat greges: dixitq; eis. Video fa-
ciem pris vestri: q̃ nõ sit erga me sicut
heri et nudiustertius. Deus autẽ pris
mei fuit mecũ: et ipse nostis q̃ totis vi-
ribus meis fuerim pri vestro. Sed et
pater vester circumuenit me: et mutauit
mercedem meã decẽ vicibus: et tamen
non dimisit eũ deus ut noceret michi.
Siquãdo dixit varie erunt mercedes
tue: pariebãt omnes oues varios fet⁹:
quãdo vero econtrario ait. alba quem-
q; accipies pro mercede: omnes greges
alba peperẽrũt. Tulitq; deus substantiã
patris vestri: ⁊ dedit michi. Postq; mi
concept⁹ nouũ tmp⁹ aduenerat. leuaui
oculos meos: ⁊ vidi ĩ somnis ascendẽ-
tes mares sup feminas. varios ⁊ ma-
culosos et diuisos colore. Dixitq; ãge-
lus dei ad me ĩ somnio. Iacob. Et
ego audi. Illũ. Qui ait. leua oculos
tuos ⁊ vide vnuersos masculos ascen-
dẽtes sup feminas. varios maculosos
atq; respersos. Vidi enĩ oĩa q̃ fecit tibi
laban. Ego sũ de⁹ bethel. vbi vnxisti
lapidem: et votũ voueisti michi. Nunc
ergo surge ⁊ egredere de terra hac: reuer-
tere ĩ terrã natiuitatis tue. Respondẽtq;
rachel ⁊ lya. Numquid habem⁹ reliqui
quicq; ĩ facultatibus ⁊ hereditate domũ
patris nr̃i. Nõne q̃si alienas reputa-
uit nos. et vendidit. comedẽtq; pretiũ
nostrũ? Sed deus tulit opes pris nr̃i:
et eas tradidit nobis ac filijs nostris.
Vnde omnia que fecit tibi dõs fac.
Surrexit autẽ iacob ⁊ impositis libis
ac diuitijs suis sup camelos abijt
tulitq; omnẽ substantiã suã ⁊ greges.

et quidqd ĩ mesopotamia acquisierat:
pgens ad ysaac patrẽ suũ in terra ca-
naan. Eo tpe iuerat laban ad tondendas
oues: ⁊ rachel furata est ydola patris
sui. Celauitq; iacob dolere loccro suo
q̃ fugeret. Cũq; abisset tam ipse q̃ oĩa
que suis sui erant: ⁊ anime trãsuisso
pegere cõtra montẽ galaad: nunctia-
tum ẽ laban die tertio q̃ fugeret iacob.
Qui assumptis fratribus suis. persequ⁹ ẽ
eum diebus septẽ: ⁊ comprehendit eũ in
monte galaad. Vidit q̃ somnis di-
cẽs sibi dõm. Caue ne quicq̃ aspe
loquaris contra iacob. Jamq; iacob
extenderat in monte tabernaculũ. Cũq;
ille consecut⁹ fuisset eũ cũ fratribus suis:
in eodẽ monte galaad fixit tentoriũ.
Et dixit ad iacob. Quare ita egisti: ut
clam me abigeres filias meas quasi
captiuas gladio? Cur ignorãte me
fugere voluisti nec indicare michi: ut
prosequerer te cũ gaudio ⁊ cantico. ⁊
timpanis ⁊ citharis? Non es passus
ut osculare filios meos ⁊ filias. Stul-
te operat⁹ es. Et nũc quidẽ valet ma-
nus mea reddẽ tibi malũ: sed de⁹ pris
tui heri dixit michi. Caue ne loquaris
contra iacob quicq̃ durius. Ecce. Id
tuos ire cupiebas: ⁊ desiderio erat tibi
dom⁹ pris. Cur furat⁹ es deos meos?
Respondit iacob. Quod insano te. pedus
sum: timui ne violenti auferas filias
tuas. Quod autem furti me arguis:
apud quicunq; inuenies deos tuos:
necetur coram fratribus nris. Perquire:
quidqd tuoq; apud me inueneris au-
fer. Hec dicẽs ignorabat q̃ rachel furata
esset ydola. Ingressus itaq; laban
tabernaculũ iacob et lye et utriusq; fa-
mule. nõ inuenit. Cũq; intrasset tẽto-
riũ rachelis: illa celerinans abscondit
ydola subter stramenta cameli ⁊ sedit
deluper. Cunctisq; omnẽ tentoriũ ⁊ nichil
inuenerat. ait. Ne irascat dõs meus
q̃ coram te assurgere nequeo: q̃a iuxta
solitudinẽ feminarũ nũc accidit michi.
Sic delusa sollicitudo quesitus ẽ. Tu-
multusq; iacob. ⁊ increpito ait. Quã ob
culpam meã et ob qd̃ peccati meũ sic
exarsisti post me. ⁊ scrutatus es omnẽ
supellectilem meã? Quid inuenisti de
cuncta substantia domus tue? Pone
hic coram fratribus meis. ⁊ fratribus tuis:
⁊ iudicet inter me ⁊ te. Decem viginti
annis fui tecũ: oues tue et capre. steri-
les non fuerũt. arietes gregis tui non
comedi: nec rapũ a bestia oblatum tibi.
Ego damnũ omne reddebã. Quidqd fur-
tim perdebat a me exigebas: die noctuq;
estu urgebar ⁊ gelu: fugiebatq; somn⁹
ab oculis meis. Sic per viginti an-
nos ĩ domo tua seruiui tibi: ⁊ quoide-
cim pro filiabus: et sex pro gregibus tuis.
Immutasti q̃ mercedẽ meã decẽ vicibus.
Nisi deus patris mei abrahã. et timor
ysaac affuisset michi: forsitan nudo
nudũ me dimisisses. Afflictionẽ meã
et laborem manuũ meaꝝ respexit dõs:
et arguit te heri. Judicet ei laban. Filie
mee ⁊ filij. greges tui ⁊ oĩa que cernis
mea sunt. Quid possum facere filijs et
nepotibus meis? Veni ergo ⁊ ineamus
fedus: ut sit testimoniũ inter me et te.
Tulit itaq; iacob lapidem: ⁊ erexit illũ
in titulũ. Dixitq; fratribus suis. Afferte
lapides. Qui congregantes fecerũt tu-
mulũ: comedẽtesq; sup eũ. Quẽ voca-
uit laban tumulũ testis: et iacob arce-
num testimoniũ: utrq; iuxta pricetate
linguae suae. Dixitq; laban. Tumulus
iste testis erit inter me ⁊ te hodie. Et id-
circo appellatũ est nomẽ eius galaad.
Id ẽ tumulus testis. Et adiecit laban.
Inuocat⁹ iudicet dõs inter nos quãdo

recesserim⁹ a nobis: si afflixeris filias
meas: ⁊ si introduxeris alias uxores
sup eas. Nullus sermonis nostri testis
est absq; deo: qui ipse respicit. Dixit
q; rursus ad iacob. Ecce tumul⁹ hic et
lapis quē erexi. inter me et te testis erit.
Tumul⁹ iugū iste ⁊ lapis sint in testi-
monium: si aut ego transiero illum
pregens ad te: aut tu pīcteris. malū
michi cogitās. Deus abraham ⁊ deus
nachor iudicet inter nos: deus patris
eorū. Iurauit ego iacob per timorem
pris suj ysaac: immolansq; victimis
in monte vocauit fratres suos ut ede-
rent panē. Qui cū comedissent mansē-
runt ibi. Laban vero de nocte surgēs
osculat⁹ est filios ⁊ filias suas: ⁊ bene-
dixit illis: reversusq; est in locum suū.
iacob autē abiit in iuuer xxxij
quo ceperat: fuerūtq; ei obuiā angeli
dei. Quos cum vidisset ait. Castra dei
sunt hec. Et appellauit nomē loci illū
manaim: id ē castra. Misit autem et
nuncios ante se ad esau fratrē suū: in
terra seyr: in regione edom: pīcepitq; eis
dicēs. Sic loquimini dño meo esau.
Hec dicit frater tuus iacob. Apud la-
ban peregrinat⁹ sum: ⁊ fui usq; ī pīsentē
diem. Habeo boues ⁊ asinos ⁊ oues:
et seruos ⁊ ancillas: mittoq; nūc lega-
tionem ad dñm meū: ut inueniā gra-
tiam ī oplectu tuo. Reversiq; sūt nūcij
ad iacob dicentes. Venimus ad esau
fratrē tuū: ⁊ ecce venit in occursū tuū
cū quadringētis viris. Timuit iacob
valde: et pertes⁹ dimisit plm qui secū
erat: gregesq; ⁊ oves ⁊ boues ⁊ came-
los ī duas turmas dicēs. Si venerit
esau ad vnā turmā ⁊ pcusserit eā: alia
turma q; reliqua est saluabit. Dixitq;
iacob. Deus pris mei abrahām ⁊ dē
patris mei ysaac dñe q; dixisti michi:
reuertere ī terrā tuā ⁊ in locū natiuitatis
tue: ⁊ benefaciā tibi: minor sum cūctis
miserationibus tuis ⁊ veritate tua quā
expletis seruo tuo. In baculo meo trāsiui
iordanē istū: et nūc cū duabus turmis
regredior. Erue me de manu fratris mei
esau: quia valde eū timeo: ne forte ve-
niens percutiat matrem cū filijs. Tu be-
ne agis cū me: et dilatabo semen meū sicut arenā maris: que
pre multitudine numerari nō potest.
Cūq; dormisset ibi nocte illa: separa-
uit de hijs que habebat munera esau
fratri suo: capras ducentas hircos vi-
ginti oues ducētas et arietes viginti:
camelos feras cū pullis suis triginta:
vaccas q̄dragīta et taureos viginti:
asinas viginti: et pullos eaz dixit. Et
misit per manus suos suos singulos
seorsū greges: dixitq; pueris suis. Ac-
cedite me: ⁊ sit spacū inter gregem et
gregē. Et pcepit priori dicēs. Si obui-
uum habueris fratrē meū esau ⁊ interro-
gauerit te cui⁹ es aut quo vadis aut
cui⁹ sunt ista que sequeris: respōdēs.
Serui tui iacob. Munera misit dño
suo esau: ipse quoq; post nos venit.
Similiter iussit mandata sed o ⁊ requa-
ret cūctis q̄ sequebant greges. Dicens.
Eisdem verbis loquimini ad esau cū
inueneris eū: ⁊ addetis. Ipse q̄q; seru⁹
tu⁹ iacob iter nūc insequit. Dixit enī.
Placabo illū muneribus que prediunt:
et postea videbo illū. Forsitan gratia
bitur michi. Precesserūt itaq; munera
ante eū: ipse vero mansit nocte illa in
castris. Cūq; mane surrexisset tulit
duas vxores suas: et totidem famulas
cū vndecim filijs: ⁊ transiuit vadū ia-
boch. Transiuitq;q; omnibus que ad se
pertinebāt: mānsit solus: et ecce vir lu-
tabat cū eo usq; mane. Qui cū videret

q; eū superare nō posset: tetigit neruū
femoris eius: ⁊ statim emarcuit. Dixit
q; ad eū. Dimitte me. Iā enī ascendit
aurora. Ridit. Non dimittā te: nisi
benedixeris michi. Ait ergo. Quod est
nomē tibi: Respōdit. Iacob. At ille:
nequaq; inquit iacob appellabit no-
men tuū: sed israhel. Quia si contra deū
fortis fuisti: quāto magis ora hoīes
pualebis: Interrogauit eū iacob. Dic
michi quo appellaris nomine. Respōdit.
Cur quēris nomen meū q̄ est mira-
bile: Et benedixit ei in eodem loco. Vo-
cauitq; iacob nomē loci illū phanuel
dicens. Vidi dēm facie ad faciem: et
salua facta est anima mea. Ortusq; ē
ei statim sol: postq; transgressus ē pha-
nuel. Ipse vero claudicabat pede. Quā
ob causam non comedunt neruū filij
israhel. qui emarcuit in femore iacob
usq; ī presentem diē: eo q; tetigerit neruū
femoris eius: ⁊ obstupuerit. xxxiij
Eleuans aūt iacob oculos: vidit
venientē esau: ⁊ cū eo ꝗdringenta
viros. Diuisitq; filios lye ⁊ rachel
ambarūq; famulas: ⁊ posuit primaq;
ancillam ⁊ liberos eaz in principio:
lyam vero et filios eius in secō loco:
rachel aūt et ioseph nouissimos. Et
ipse pgrediens adorauit pronus in
terrā septies: donec appropinquāret frater
eius. Currens itaq; esau obuiā fratri
suo amplexat⁹ ē eū: strinxitq; collū
eius ⁊ osculans flebat: leuatisq; oculis
vidit mulieres et parvulos eaz: et ait.
Quid sibi volunt isti: et si ad te pertine-
ant? Ridit. Parvuli sunt: quos do-
nauit michi deus seruo tuo. Et appro-
pinquāns ancille et filij eaz incurua-
ti sunt. Accessit q̄q; lya cū pueris suis:
et cū similiter adorasset: egressui in seph
⁊ rachel adorauerūt. Dixitq; esau. Que
nam sunt iste turme quas obuiā ha-
bui? Ridit. Vt inueniā gratiā coram
dño meo. At ille ait. Habeo plurima
frater mi: sint tua tibi. Dixitq; iacob.
Noli ita obsecro: sed si inueni gratiā
in oculis tuis: accipe munusculū de
manibus meis. Sic enī vidi faciē tuā:
q̄si videritis vultū dei. Esto michi pro-
pitius: ⁊ suscipe benedictionē quā attu-
li tibi: ⁊ quā donauit michi dē⁹: tribu-
tus oīa. Vix frater cōpellente suscipiēs
ait. Gradiamur simul: eoq; loci⁹
iuncta tui. Dixitq; iacob. Noli dñe
mi q; parvulos habēā teneros: ⁊ oues
et boues feras mecū: quas si plus in
ambulando vno laborare: morieētur
una die cuncti greges. Precedat dñs
me⁹ ante seruū suū: ⁊ ego sequar paulā
tim vestigia eī⁹ sicut videro parvu-
los meos posse: donec veniā ad dñm
meū in seyr. Ridit esau. Oro te: ut de
pso qui mecū est: saltē locij remanēāt
vir tue. Non ē inquit necesse: hoc vno
tantū indigeo: ut inueniā gratiam in
cōspectu tuo dñe mi. Reversus ē itaq;
illo die esau iuncte quo venerat ī seyr.
Et iacob venit in sochot: vbi edificata
domo ⁊ tectis tentorijs: apellauit no-
men loci illius sochot id ē tabernacula.
Transiuitq; in salē vrbem sichimorū
que ē in terra chanaan postq; reversus
est de mesopotamia syrie: ⁊ habitauit
iuxta oppidū: emitq; partem agri ī qua
fixerat tabernacula: a filijs emor patris
sichem centū agnis: et erecto ibi altari
invocauit super illud fortissimū deū israel.
Egressa est aūt dina xxxiij
filia lye: vt videret mulieres regio-
nis illius: quā cū vidisset sichem filius
emor heui princeps terre illius: adama-
uit eam: et rapuit: et dormiuit cū illa
vi oppressis virginē. Et cōglutinata

est anima eius cum ea : mirataque deliniuit
blandiciis : et pergens ad eum pran
suum · accipe inquit mihi puellam hanc
coniugem. Quod cum audisset iacob : ab-
sentibus filijs et in patru pecoris occu-
patis · siluit donec rediret. Egressus au-
tem emor patre sichem · ut loqueret ad
iacob · ecce filij eius veniebant de agro :
audito q̃ y acciderat · irati sunt valde
eo q̃ fedam rem operatus esset in israel : et
violata filia iacob · rem illicitam prope-
rasset. Locutus est itaq; emor ad eos.
Sichem filij mei adhesit anima · filie
vestre. Date eam illi vxorem : et iungam
us vicissim connubia. Filias vestras
tradite nobis : et filias nras accipite :
et habitate nobiscum. Terra in potestate
vestra est : exercete negociamini · et possi-
dete eam. Sed et sichem ad patrem et ad
fratres eius ait. Inueniam gratiam coram
vobis : et quecunq; statueritis dabo. Au-
gete dotem · et munera postulate : et liben-
ter tribuam quod petieritis : tantum date mi-
chi puellam hanc vxorem. Responderunt filij
iacob · sichem et patri eius in dolo : loqu-
entes ob stuprum sororis. Non possu-
mus facere quod petitis : nec dare sororem
nostram homini incircumciso : quod illicitum
et nephandum est apud nos. Sed in hoc
valebimus federa. Si volueritis esse si-
miles nri : et circumcisi in vobis omis ma-
sculini sexus : tunc dabimus · et accipiemus
mutua filias vras ac nras · et habita-
bimus vobiscum : erimusq; vnus ipsi. Si
autem circumcidi noluerit · tollemus filiam
nostram et recedemus. Placuit oblata eorum
emor et sichem filio eius : nec distulit ad-
lectus quin fieret quod petebat : expleret.
Amabat enim puellam valde : et erat in-
clinatus in omni domo patris sui. Ingressi
q; porta urbis locum sunt ad pcm.
Vbi illi pacisci sunt : et voluit habitare
nobiscum. Negociemur in terra et exercea-
mus eam : que spaciosa et lata cultoribus in-
diget. Filias eorum accipiemus vxores : et
nras illis dabimus. Vnum e quo differ
tantum bonum. Si circumcidamus masculos
nostros · eium genitis imitabitur : et sub-
stantia eorum et pecora et cuncta q̃ possidet
nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus :
et habitabitis simul · unum efficiamus pplm
Assensum sunt omnes · cuncti circumcisi
mariis. Et ecce die tertio q̃ dolor
minus vulneum dolor est · arripuerunt duo
filij iacob · simeon et leui fres dine gla-
diis · ingressi sunt urbem confidenter :
interfecerunt omnis masculos · emor et
sichem parem necauerunt : tollentes dinam
de domo sichem · sororem suam. Quibus
egressis · inuerunt cetera occisos ceteri filij
iacob · et depopulati sunt urbem in ulti-
onem stupri : oues eorum et armenta · et
asinos · cuncta q; vastantes que in do-
mibus et agris erant : parvulos et
et vxores duxerunt captiuas. Omnibus
preperatis audacter : iacob dixit ad
simeon et leui. Turbastis me : et odio
sum fecistis me chananeis et pherezeis
habitatoribus terre hui? Nos pauci su-
mus : illi congregati poterunt me : et de-
bor ego et domus mea. Cuiusq;
ut scorto abuti debuere sorore nostra?

xxv

Interea locutus est deus ad
iacob. Surge · et ascende bethel · habita
ibi : fac q; altare deo q̃ apparuit tibi :
quando fugiebas esau fratrem tuum. Ia-
cob vero convocata omni domo sua ait.
Abiicite deos alienos qui in medio vri
sunt · et mundamini : ac mutate vestimen-
ta vra. Surgite · ascendamus in bethel :
ut faciam q̃ ibi altare deo · qui exaudi-
uit me · in die tribulationis mee : et fuit
mecum in viaque ego ambulabam.
Ergo dederunt ergo ei omnes
deos alienos q̃ habebant : et inaures

que erant in auribus eorum. At ille infodit
eos subter terebinthum · q̃ est post urbem
sichem. Cumq; profecti essent · terror di
invasit omnes per circuitu ciuitates · et
non sunt ausi persequi recedentes. Venit
igitur iacob luzam · que est in terra chana-
an · cognomento bethel : ipse et omis pplus
cum eo. Edificauitq; ibi altare : et appella-
uit nomen loci illius · domus dei. Ibi enim
apparuit ei deus : cum fugeret fratrem suum.
Eodem tempore mortua est debbora nutrix
rebecce : et sepulta est ad radices bethel
subter quercum : vocatumq; est nomen loci
illius · quercus fletus. Apparuit autem iterum
iacob · postquam reversus est de mesopotha-
mia syrie · et venit in bethel : benedixitq;
ei dicens. Non vocaberis vltra iacob :
sed israhel erit nomen tuum. Et appellauit
eum israel. Dixitq; ei. Ego deus omnipotens.
Cresce · multiplicare : genera et populi
nationum ex te erunt. Reges de lumbis
tuis egredientur : terramq; quam dedi abra-
ham et ysaac · dabo tibi et semini tuo
post te. Et recessit ab eo. Ille vero erexit
nullum lapidem · in loco quo loquus fuerat
ei deus : libans super eum libamina · effun-
dens oleum : vocauitq; nomen loci illius
bethel. Egressus autem inde · venit vero
ut ad mera q̃ ducit effratham. In qua
cum parturiret rachel : ob difficultatem par-
tus puciitari cepit. Dixitq; ei obstetrix.
Noli timere : quia et hunc habebis filium.
Egrediente autem anima pre dolore · et
imminente iam morte · vocauit nomen
filij sui benoni : id est filius doloris
mei. Pater vero appellauit eum beniamin :
id est filius dexere. Mortua ergo rachel
sepulta est in via que ducit effratham :
hic est bethleem. Erexitq; iacob tumulum
super sepulcrum eius. Hic est tumulus monu-
menti rachel · usq; in presentem diem. Egressus
inde · tetendit tabernaculum trans turrem gregis.
Cumq; habitaret in illa regione : abiit
ruben · et dormiuit cum bala concubina
patris sui. Quod illum minime latuit.
Erant autem filij iacob duodecim. Filij
lye : primogenitus ruben · et simeon · et
leui · iudas et yssachar · et zabulon. Filij
rachel : ioseph et beniamin. Filij bale
ancille rachelis : dan et nepthalim. Filij
zelphe ancille lye : gad et aser. Hij sunt
filij iacob : qui nati sunt ei in mesopo-
tamia syrie. Venit etiam ad ysaac pa-
trem suum in mambre ciuitatem arbe-
he · e hebron : in qua peregrinatus e abra-
ham et ysaac. Et completi sunt dies
ysaac centum octoginta annorum : obiitq;
erat mortuus et appositus est ppo
suo · senex et plenus dierum : et sepelierunt
eum esau et iacob filij sui.

xxxvj

Hec autem sunt generationes esau :
ipse e edom. Esau accepit vxores
de filiabus chanaan · ada filiam elom
echi : et oolibama filiam ane filie sebeon
eui. Basamath q̃ filiam ysmahel soro-
rem nabaioth. Peperit aut ada eliphaz.
Basamath genuit rahuel. Oolibama
genuit iehus · et iheloni · et chore. Hij
filij esau · qui nati sunt ei in terra cha-
naan. Tulit autem esau vxores suas
et filios et filias · et omnes animas domus
sue · substantiam et pecora · et cuncta que
habere poterat in terra chanaan · et abiit
in aliam regionem · recessitq; a fratre suo
iacob. Diuites enim erant valde : et simul
habitare non poterant : nec sustinebat
eos terra peregrinationis eorum p multitu-
dinem gregum. Habitauitq; esau in monte
seyr : ipse est edom. Hec autem sunt genera-
tiones esau patris edom in monte seyr :
et hec nomina filiorum eius. Eliphaz filius
ada : vxoris esau. Rahuel q̃ filius ba-
semath vxoris eius. Fuerunt q; eliphaz
filij : teman · omar · sephus · et gathan.

et reuel · et zare · et chore. Erat aũt thamna ꝛ-
bina eliphaz filij eſau: q̃ peperit ei ama-
lech. Hij ſũt filij ade · vxoris eſau. Filij
autẽ rahuel · naath · et zara · ſamma ꝛ
meza. Hij filij bafemath · vxoris eſau.
Iſti quoq; erant filij oolibama filie
ane filij ſebeon · vxoris eſau · quos ge-
nuit ei iehus ꝛ ihelon · ꝛ chore. Hij du-
ces filiorꝫ eſau. Filij eliphaz primoge-
niti eſau: dux theman · dux omar · dux
ſephua · dux reuel · dux chore · dux ga-
than · dux amalech. Hij filij eliphaz ĩ
terra edom: et hij filij ade. Hij quoq;
filij rahuel · filij eſau. Dux naath · dux
zara · dux ſamma · dux meza. Hij au-
tem duces rahuel · in terra edom. Iſti
filij bafemath · vxoris eſau. Hij autem
filij oolibama · vxoris eſau. Dux iehu⁹
dux ihelon · dux chore. Hij duces oli-
bama filie ane · vxoris eſau. Iſti ſunt
filij eſau · ꝛ hij duces eorꝫ: ipe eſt edom.
Iſti ſũt filij ſeyr horei habitatoꝝ terre
lothan · et ſobal · et ſebeon · et anan · et
diſon · et eſer · ꝛ diſan. Hij duces horei
filij ſeyr: in terra edom. Fuerũt autẽ
filij lothan: horei et eman. Erat aũt
ſoror lothan · thamna. Et iſti filij ſo-
bal: aluban et manereth · ꝛ ebal · ſephi
et onan. Et hij filij ſebeon: aiahia et a
nan. Iſte ē anan · qui inuenit aquas
ualidas ĩ ſolitudine: cũ pasceret asinas
ſebeon pris ſui. Habuitq; filiũ diſan:
et filiã oolibama. Et iſti filij diſan:
addam et eſban · ꝛ iethran · ꝛ charan.
Hij q̃ filij eſer: balaannan · ꝛ zeuan · et
achan. Habuit autẽ filios diſan: hu⁹
et aran. Hij duces horeorũ. Dux lo-
than · dux ſobal · dux ſebeon · dux ana
dux diſon · dux eſer · dux diſan. Iſti
duces horeorꝫ: qui imperauerũt ĩ terra
ſeyr. Reges autẽ q̃ regnauerũt in terra
edom · anteqũ haberent regem filij iſrel:
fuerunt hij. Balach filij beor: nomenq;
urbis eius denaba. Mortuus eſt aũt
balach: ꝛ regnauit pro eo iobab filij⁹
zare de boſra. Cũq; mortu⁹ eſſet iobab:
regnauit pro eo huſan · de terra themã-
norꝫ. Hoc q̃ mortuo: regnauit pro eo
adad filij badadi · qui percuſſit madi-
an ĩ regione moab: et nomẽ urbis eⁿ
auith. Cũq; mortu⁹ eſſet adad: regna-
uit pro eo ſemla de maſerecha. Hoc q̃
mortuo: regnauit p eo ſaul de ſtumio
rooboth. Cũq; et hic obiiſſet: ſucceſſit
in regnũ balanan filij achobor. Hoc
quoq; mortuo regnauit pro eo adad:
nomẽq; urbis eius phau. Et appella-
bat vxor eius mezabel filia matreth:
filie mezaab. Hec ergo nomina ducũ
eſau · in cognationibus · ꝛ locis · ꝛ vora-
bulis ſuis · dux themna · dux aluba
dux ietheth · dux oolibama · dux ela
dux phinon · dux reuel · dux themã
dux mabſar · dux magdiel · dux hirã.
Hij duces edom habitantes in terra
impij ſui: ipe eſt eſau pater idumeorꝫ.

XXXVI

Habitauit autẽ iacob in terra chana
an · in qua pater ſuus peregrinatus eſt:
ꝛ hec ſũt generationes eⁿ. XXXVII
Ioſeph cũ ſederet eſſet ãnorũ: pascebat
gregem cum fratribus ſuis · adhuc puer.
Et erat cũ filijs bale et zelpe vxor pris
ſui: accuſabantq; fres ſuos apud pren-
cipem peſſimo. Iſrahel autẽ diligebat
ioſeph ſup omnes filios ſuos: eo
q̃ in ſenectute genuiſſet eum. Fecitq; ei
tunicã polimitã. Videntes autẽ fres
eⁿ. q̃ a patre plus cunctis filijs ama-
retur · odirant eũ: nec poterãt ei quintq;
pacifice loqui. Accidit quoq; · vt uiũ
ſomniũ referret fratribus ſuis: q̃ causa
maioris odij ſeminariũ fuit. Dixitq;
ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniũ
meũ q̃ vidi. Putabam nos colligere

manipulos in agro: ꝛ ſtl conſurgere
manipulũ meũ ꝛ ſtare: vr̃oſq; manipulos circũſtantes adorare manipu-
lum meũ. Ridetũt fres ei⁹. Numquid rex
noſter eis: aut ſubiicientur ditioni nr̃e?
Hec ergo causa ſomniorꝫ atq; ſermo-
num: invidie ꝛ odij fomitẽ miniſtra-
uit. Aliud q̃ vidit ſomniũ: q̃d narrã
fratribus ait. Vidi p ſomniũ: ſtl ſolem
et lunã · ꝛ ſtellas undecim adorare me.
Vdi cũ pre ſuo ꝛ fratribus reuiſſet: in-
crepauit eũ pater ſuus · et dixit. Quid
ſibi vult hoc ſomniũ q̃d vidiſti? Nũ
ego ꝛ mater mea ꝛ fres tui adorabimꝰ
te ſup terrã? Inuidebãt ei igit fres ſui:
pater uero rem tacitꝰ ꝛeuolutabat. Cũq;
fratres illⁿ in paſcendis gregibus pris
moramẽ in ſichem: dixit ad eum iſrl.
Fratres tui paſcunt oues ĩ ſichimis:
veni mittam te ad eos. Quo rũdens
preſto ſum: ait. Vade ꝛ vide ſi cuncta
proſpera ſint erga fres tuos · ꝛ pecora:
et renũcia michi quid agat. Miſſus
de valle hebron: venit ĩ ſichem. Inue-
nitq; eũ vir errantẽ in agro: et interro-
gauit q̃d quereret. At ille rũdit. Fres
meos quero. Indica michi ubi paſcãt
greges. Dixitq; ei vir. Receſſerũt de hc
loco iſto. Audiui aũt eos dicentes. Eã-
mus ĩ dothaim. Perrexit itaq; ioſeph
poſt fratres ſuos: ꝛ inuenit eos ĩ dothaim.
Qui cũ vidiſſent eũ procul: anteqũ acce-
deret ad eos cogitauerũt illũ occidere:
et mutuo loquebant. Ecce ſomniator
venit. Venite occidamꝰ eũ: ꝛ mittamꝰ
in ſtternã veterem: dicemuſq; fera peſſi-
ma devorauit eũ: ꝛ nunc apparebit q̃d
illi profuerint ſomnia ſua. Audiens au-
tem hec ruben nitebatur liberare eũ de
manibus eorꝫ: et dicebat. Non interfi-
cimus animã eⁿ. nec effundamꝰ ſangui-
nem: ſed pijcite eũ in ſtternã veterem q̃
eſt in ſolitudine: manuſq; vr̃as cuate
innocias. Hoc aũt dicebat volens
eripere eũ de manibus eorꝫ: ꝛ reddere pri
ſuo. Confeſtim igit ut peruenit ad fres
ſuos · nudauerũt eũ tunica talari ꝛ po-
linita: miſerũtq; eũ in ſtternã veterẽ:
que non habebat aquã. Et ſedentes
ut comederent panẽ · viderũt iſmahelita
viatores venire de galaad: ꝛ camelos eorꝫ portãtes aromata ꝛ reſinã · et
tracen in egiptum. Dixit ergo iudas
fratribus ſuis. Quid nobis prodeſt ſi
occidimꝰ fratẽ nr̃m: ꝛ celauerimꝰ ſanguinem ipius? Melius eſt ut venũdetur
iſmahelitis: ꝛ manꝰ nr̃e nõ polluant.
Frater enĩ ꝛ caro nr̃a eſt. Acquieuerũt
fres ſermonibus illⁿ · ꝛ pertrãſeũtes madianitis negotiatorib⁹ · extrahẽtes eũ de
ſtternã vendiderũt eũ iſmahelitis viginti argenteis: q̃ duxerũt eũ ĩ egiptũ.
Reuerſusq; ruben ad ſtternã nõ inuenit puerũ: ꝛ ſciſſis veſtibus · pgens ad
fratres ſuos ait. Puer nõ comparet:
ꝛ ego quo ibo? Tulerũt aũt tunicã eⁿ
et ĩ ſanguinẽ hedi q̃dã tinxerũt vnxe-
runt: mittentes qui ferrent ad patrem et
dicerent. Hãc inuenimꝰ: vide vtrũ tunica filij tui ſit an non. Quã cũ cognouiſſet pater ait. Tunica filij mei ē. Fera
peſſima comedit eũ: bestia devorauit
ioſeph. Sciſſiſq; veſtibus induꝰ ē cilicio: lugens filiũ ſuũ multo tpe. Congregatis aũt rũctis liberis eⁿ ut leniret
dolore pris: noluit ꝛſolationẽ accipere
ſed ait. Deſcendã ad filiũ meũ lugens
in infernum. Et illo perſeuerãte in fle-
tu: madianite vendiderunt ioſeph in
egipto · phuſifari eunucho pharaonis
magiſtro militum. XXXVIII
Eodem tempore deſcendẽs iudas a
fratribus ſuis · diuertit ad virũ
odollamitem nomĩe hiram: viditq; ibi

filiam hois chananei·vocabulo·fur.
Et accepta vxore ingressus ē ad eam.
Que concepit ⁊ peperit filiū: ⁊ vocauit
nomē eius her. Rursūq; cōcepto ferū
nauit filiū vocauit onan. Iterūq; cū pe
perit: quē appellauit sela. Quo nato:
parere ultra cessauit. Dedit aūt iudas
vxorē primogenito suo her nōie tha
mar. Fuit quoq; her primogenit⁹ inde
requā in aspectu dñi: ⁊ ideo ab eo occi
sus est. Dixit ergo iudas ad onan fi
lium suū. Ingredere ad vxorē fratris tui·et
sociare illi: ut suscites semen fratri tuo.
Ille sciēs nō nasci sibi filios·incrēpes
ad vxorē fratris sui·sanē fundebat i terrā:
ne libri fratris nōie nascerentur. Et idcirco
percussit eū dñs: eo q rem detestabilem
fecerat. Quādoq; dixit iudas thamar·
nurui sue. Esto vidua i domo patris
tui: donec crescat sela filius meus. Timebat enim: ne ⁊ ipse moreret sicut fratres
eius. Que abijt: et habitauit in domo
patris sui. Cumq; autē multos an
nos: mortua ē filia·vxor iude. Qui post
luctū·solamine suscepta ascendebat ad
tonsores ouium suarū: ipse ⁊ hiras opi
lio gregis odollamita in thamnas.
Nunciatūq; ē thamar·q socer illius
ascenderet i thamnas: ad tondendas
oues. Que depositis viduitatis vesti
bus·assūpsit tectū: et mutato habi
tu sedit i biuio itineris qd ducit tham
nam·eo q crescisset sela·et non eū acce
pisset maritū. Quā cū vidisset iudas:
suspicat⁹ ē esse meretricē. Operuerat enim
vultū suū ne agnosceret. Ingrediensq;
ad eā·ait. Dimitte me ut coeam tecū.
Nesciebat enim q nur⁹ sua esset. Qua
respōdit·qd dabis mihi ut mercaris
concubitu meū·dixit. Mittā tibi hedū
de gregibus. Rursūq; illa dixerat·pati ar
quod vis·si dederis michi arrobonē
donec mittas quod pollicetis: ait iu
das. Quid tibi vis ꝑ arrobone dari?
Respōdit. Annulū tuū·⁊ armillā·et ba
culū quē manu tenes. Ad unū igitur
coitū mulier concepit·⁊ surgēs abijt: depo
sitoq; habitu quē sūpserat: indutā est
viduitatis vestibus. Misit aūt iudas
hedū per pastorē suū odollamitem: ut
reciperet pignus qd dederat mulieri. Qui
cū nō inuenisset eā: nūciauit hoīes
loci illius. Vbi est mulier que sedebat
in biuio? Respōdentibus cūctis nō fuit
in loco isto meretrix: cūsus ē ad iudā
et dixit ei. Non inueni eā. Hēc ⁊ hoīes
loci illi⁹ dixerūt michi: nūq; fedisse ibi
scortū. Ait iudas. Habeat sibi. Ecce
mendacij arguere nos nō potest. Ego
misi hedū quē promiserā. Et tu nō inue
nisti eam. Ecce aūt post tres menses
nūciauerūt iude dicentes. Fornicata
est thamar nurus tua: ⁊ videtur vtq;
illi⁹ intumescere. Dixitq; iudas. Pro
ducite eam ut comburat̄. Que cū du
ceretur ad penam. Misit ad socrū suū
dicens. De viro cui⁹ hec sunt concepi.
Cognosce cui⁹ sit anulus·et armilla
⁊ baculus. Qui agnitis muneribus ait.
Iustior me ē: quia nō tradidi eā sela
filio meo. Tamē ultra nō cognouit
eam. Iustāe aūt partu·apparuerunt
gemini in utero: atq; in ipa effusione
infantiū vn⁹ ꝑtulit manū: in qua ob
tenta ligauit coccinū dicens. Iste egre
diet prior. Illo vero retrahēte manū:
egressus ē alter. Dixitq; mulier. Quare
diuisa est ꝑ maceria? Et ob hanc
causam vocauit nomen eius phares.
Postea egressus ē frater ei⁹·in cui⁹ ma
nu erat coccinū: quē appellauit zaram.

Igitur ioseph ductus est. xxxix.
in egiptū: emitq; eū phuntiar eunuch⁹
pharaonis·princeps exercitus sui·vir

egiptius de manu ysmahelitarū: a q̄ibus
ꝑductus erat. Fuitq; dñs cū eo: et erat
vir ē cūctis ꝓsperē agēs. Habitauitq;
in domo dñi sui: qui optime nouerat
dñm esse cū eo: et oīa que gereret ab eo
dirigi ē manu illi⁹. Inueniq; ioseph
gratiā coram dño suo: ⁊ ministrabat
ei. A quo ꝓpositus omnibus guberna
bat cecidit sibi domū: ⁊ omnia q̄ue
ei tradita fuerāt. Benedixitq; dñs do
mui egiptij ꝓter ioseph: ⁊ multiplica
uit tam ēdibus q̄ in agris cūctam
ei⁹ sūbstantiā. Nec quicq̄ aliud nouer
at: nisi panē quo vescebat̄. Erat aūt
ioseph pulcra facie: et decorus aspectu.
Post multos itaq; dies · iniecit dña
oculos suos in ioseph: et ait. Dormi
mecū. Qui nequaq̄ acquiescens opti
mo hero: dixit ad eā. Ecce dñs meus
omnibus michi traditis·ignorat qd
habeat in domo sua: nec quicq̄ ē qd
non sit in mea potestate · uel nō tradi
dit michi: preter te que vxor eius es.
Quō ergo possū hoc malū facere: ⁊ pec
care i dēm meū? Hēmsermodi ūbis ꝑ
singulos dies loquebat̄: et mulier mo
lesta erat adolescenti: et ille recusabat
stupri. Accidit aūt quadā die ut in
trare ioseph domū·et opercis quippiā
abiq; arbitris faceret: ⁊ illa apprehensa
laccia vestimenti eius diceret. Dormi
mecū. Qui relicto i manu eius pallio
fugit: egressus ē foras. Cūq; vidisset
mulier vestem in manibus suis·⁊ se esse
contempta: vocauit ad se hoīes domⁿ
sui: et ait ad eos. En introduxit virū
hebreū: ut illuderet nobis. Ingressus
est ad me: ut coiret mecū. Cumq; ego
succlamasson·⁊ audisset vocem meā:
reliquit pallū qd tenebam: ⁊ fugit fo
ras. In argumentū ergo fidei · retentū
pallū ostendit marito reūtem domū.
et ait. Ingressus ē ad me seruus hebre⁹.
quē adduxisti: ut illuderet michi. Cūq;
audisset me clamare: reliquit pallū
qd tenebam·⁊ fugit foras. Hēc audi
ris dñs·et nimiū credulus verbis con
iugis · iratus est valde: tradidit q̄q; io
seph in carcerem ubi vincti regis custo
diebant̄: ⁊ erat ibi clausus. Fuit aūt
dñs cū ioseph et misericors est illi⁹: ⁊ de
dit ei gratiā in conspectu principis car
ceris. Qui tradidit in manu illi⁹ uinc
tos vinctos qui i custodia tenebat̄:
et quidquid fiebat·sub ipo erat: nec no
uerat aliquid · cūctis ei credens. Dñs
enim erat cū illo: ⁊ oīa opera eⁿ dirigebat.

Hīs itaq; gestis: accidit ut xxxx.
peccarē duo eunuchi · pincerna
regis egipti et pistor·dño suo. Iratusq;
contra eos pharao·nam alter pin
cernis ꝑerat·alter pistoribus: misit eos
in carcerem principis militū · in quo
erat vinctus ⁊ ioseph. Et custos carce
ris tradidit eos ioseph: q̄ et ministra
bat eis. Aliquantulū tpis fluxerat: et illi
in custodia tenebant̄. Videritq; auto
somniū nocte una: iuxta interptationē
congruā sibi. Id quos cū mane
isset ioseph mane·⁊ vidisset eos triste⁹
fatigatos? e dicens. Cur tristior ē hodie
solito facies vestra? Qui respondērūt.
Somniū vidimus: et non est qui inter
pretur nobis. Dixitq; ad eos ioseph.
Nūquid nō dei ē interptatio? Referte
michi quid videristis. Narrauit prior
ꝓpositus pincernarū·somniū suū. Vi
debam coram me vitem in qua erant
tres ꝑpagines tescere paulatim ⁊ gem
mas: ⁊ post flores vuas maturescere:
relisq;tq; pharaonis in manu mea.
Tuli ergo vuas ⁊ expressi i calicem quē
tenebam: ⁊ tradidi poculū pharaoni.
Respondit ioseph. Hec est interpratio

somnij. Tres propagines · tres adhuc
dies sunt · post quos recordabit pha-
rao ministerij tui · et restituet te in gra-
dum pristinū : dabisq; ei calice iuxta
officiū suū : sicut ante facere solebas.
Tantū memento mei cū tibi bene fuerit :
et facies mecū misericordiam ut suggeras
pharaoni ut educat me de isto carcere
quia furtim sublatus sum de terra he-
breorū : z hic innocens in lacū missus
sum. Videns pistor magister · q̃ pru-
denter somnū dissoluisset · ait. Et ego
vidi somniū · q̃ tria canistra farine
haberem sup̃ caput meū : et in uno ca-
nistro q̃d erat excelsius · portare me pu-
tabam omnes cibos qui fiūt arte pistō-
ria : aviesq; comedere de eo. Respondit
ioseph. Hec ē interpretatio somnij. Tria
canistra · tres adhuc dies sunt post
quos auferet pharao caput tuum : ac
suspendet te in cruce : z lacerabūt volu-
cres carnes tuas. Exinde dies tertius
natalis pharaonis erat. Qui faciens
grande cōuiuiū pueris suis recordat
est inter epulas magistri pincernarū z
pistorū principis : restituensq; alteri in locū
suū · ut porrigeret ei poculū · alteri suspē-
dit in patibulo : ut cōfectoris veritas
probaret. Et tamē successoribus pro-
fuit pincernarū oblitus ē interpretis sui.

Post duos annos vidit pharao somniū. Putabat se sta-
re sup̃ fluuiū : de quo ascendebāt septē
boues pulcre et crasse nimis : et pasce-
bantur in locis palustribus. Alii q̃q; septē
emergebāt de flumine fede consectes
macie : z pascebant i ipa annis ripa :
i loco ubertatis viridis : deuorauerūt
q; eas quas mira species · z habitudo
corporis erat. Expergeq̃ pharao rursū
dormiuit : z vidit alterū somniū. Septē
spice pullulabāt in culmo uno · plene
atq; formose : alie q̃q; totidē spice tenues
z pruste vredine orientur : deuoran-
tes omnē priorū pulcritudinē. Expe-
lans pharao post quietē z facto mane
tumore pertesus misit ad omnes cōsecra-
tos egipti · cūctosq; sapientes : et accersi-
tis narrauit somniū : nec erat q̃ inter-
pretaret. Tunc demū reminiscens ma-
gister pincernarū ait. Cōfitor peccatū
meū. Iratus rex fratris suis · me et ma-
gistrū pistorū recludi iussit in carcere
principis militū : ubi una nocte vterq;
vidimus somniū. Plagū futurorū. Erat
ibi puer hebreus · ipsius ducis militū
fatuus : cui narrantes somnia · audi-
uimus quidq̃d postea res phauit euentus.
Ego rei redditus sum officio meo : z ille
suspensus ē in cruce. Protinus ad regis
imperiū · eductū de carcere ioseph tonsus
dederunt : ac veste mutata obtulerunt ei.
Cui ille ait. Vidi somnia · nec est qui
edisserat : que audiui et sapientissime
conicere. Cūdit ioseph. Absq; me deus
rēdebit · phrea pharaoni. Narrauit
ergo pharao que viderat. Putabam
me stare sup̃ ripam fluminis : et septē
boues de aqua conscendere · pulcras
nimis z obesis carnibus : que in pastu
paludis vireta carpebāt. Et ecce has
sequebantur alie septem boues intantū
deformes z macilēte : ut nūq̃ tales in
terra egipti viderim. Qui deuoratis et
cōsumptis prioribus · nullū satietatis
edere vestigiū : sed simili macie z squa-
lore torpebāt. Expergilās · rursus sopo-
re depressus vidi somniū. Septē spice
pullulabāt in culmo uno · plene atq;
pulcerrime. Alie q̃q; septem tenues z pu-
ste vredine · corruptē z stipula : que
priorū pulcritudinem deuorauerunt.
Narraui dictis somniū : z nemo ē
qui edisserat. Cūdit ioseph. Somniū

regis · unū est. Quē facturus est deus
ostendit pharaoni. Septē boues pul-
cre · z septem spice plene · septē vberatis
anni sunt : randēq; unū somniū cōpre-
hendunt. Septē q̃q; boues tenues atq;
macilente que ascenderunt post eas · z
septem spice tenues · z vento vrente per-
uste · septem anni venturi sunt famis :
qui hoc ordine cōplebūtur. Ecce septē
anni venient fertilitatis magne i uni-
uersa terra egipti : quos sequetur septē
anni alij tante sterilitatis : ut oblivio
ni tradatur omnis terra abundantia.
Consumpta ē enī fames omnē terrā :
et vberatis magnitudinem pdiura
est inopie magnitudo. Nō autē vidi
te scilicet · ad randē rei ptinens somni-
um · frumentis indicū ē : eo q̃ stat fer-
mo dei · z vtrobiq; impleat. Nūc ergo
prouideat rex virū sapiētē et industri-
um et pōnat eū terre egipti : q̃ constituat
ipsilos p cūctas regiones · et quinta
partem fructuū per septem ānos fertili-
tatis qui iam nūc futuri sunt · aggeret
in horrea : z omne frumentū sub pha-
raonis potestate condatur : fructusq;
in vrbibus · z parce future septē annoꝝ
fame · que oppressura est egiptū : z non
obsumet terra inopia. Placuit pharao
consilio : z cūctis ministris eius. Locu-
tusq; ad eos. Num inuenire poterimus
talem virū qui spiritu dei plenus sit.
Dixit ergo ad ioseph. Quia ostendit
tibi deus oia que locutus es · nūquid
sapiētiorem et similē tui inuenire po-
tero : Eris sup̃ domū meā : et ad tui
oris imperiū cunctus pplus obedient. Vno
tantū regni solio precedam te. Dixitq;
rursū pharao ad ioseph. Ecce cōstitui
te sup̃ uniūsam terram egipti. Tulitq;
anulū de manu sua z dedit eū in ma-
nu eius : vestiuitq; eū stola bissina :
et collo circumdedit auream circūposuit.
Fecitq; eū ascendere sup̃ currū suū secū
clamāte preone : ut omnes coram eo
genu flecterent : et prepositū esse sentirent
universe terre egipti. Dixit quoq; rex
egipti ad ioseph. Ego sum pharao.
Absq; tuo imperio nō mouebit quisq;
manū aut pedem in omni terra egipti.
Vocitq; nomē eius : et vocauit eum
lingua egiptiaca · saluatorem mundi.
Deditq; illi vxorē : asenech filiā phuti-
faris sacerdotis eliopoleos. Egressus
ē itaq; ioseph ad terrā egipti. Triginta
annoꝝ erat · quādo stetit in conspectu
regis pharaonis · et circuiuit omnes
regiones egipti. Venitq; fertilitas se-
pem annoꝝ : z in manipulos redacte
segetes congregate sunt in horrea egipti.
Omnis etiā frugū abundātia · in sin-
gulis vrbibus cōdita est. Tantaq; fuit
abundātia tritici · ut arene maris co-
equaretur : et copia mensurā excederet.
Natiq; sūt ioseph filij duo antequā ve-
nirent fames : quos peperit ei asenech
filia phutifaris sacerdotis eliopoleos.
Vocauitq; nomen primogeniti ma-
nasses · dicens. Obliuisci me fecit deus
oīm laborū meoꝝ : z domus pris mei.
Nomē q̃q; secūdi appellauit effraim dicēs.
Crescere me fecit deus in terra paupe-
ris mei. Igit transactis septē vberatis
annis qui fuerant in egipto : ceperunt
venire septē anni inopie · quos pdixe-
rat ioseph : et in universo orbe fames
pualuit. In cuncta etiā terra egipti · fa-
mes erat. Qua eliminēte · clamauit pplus
ad pharaonē · alimenta petens. Qui-
bus ille rēdit. Ite ad ioseph : et q̃d ipse
vobis dixerit facite. Crescebat autē
citatus in populū · percussit eū plaga
magna nimis. Vocatusq; est ille lo-
cus sepulcra concupiscentie: ibi enim se-
pelierunt populū q desiderauerat. Egre-
si autem de sepulcris concupiscentie
venerūt i aseroth: & mansērūt ibi. xij

Loquebatq; est maria et aaron contra
moysen, propter uxorē eius æthiopi-
sam: & dixerunt. Num p solū moysen
loquē est dominus? Nonne & nobis
similiter e locutus? Quod cū audisset
dominus · iratus est. Erat enim moy-
ses vir mitissimus super omnes ho-
mines qui morabātur in terra. Sta-
tim loquutus est eum & ad aaron &
mariā. Egredimini vos tantum tres
ad tabernaculū fœderis. Cumq; stetis-
set egressi descendit dominus in columna
nubis: et stetit in introitu tabernaculi
vocans aaron et mariam. Qui cum
illesset dixit ad eos. Audite sermones
meos. Si qs fuerit inter vos propheta
domini i visione apparebo ei: uel per

somnium loquar ad illum. At non
talis seruus meus moyses: qui i omni
domo mea fidelissimus est. Ore enim
ad os loquor ei. Palam · & non p enig-
mata et figuras dōm videt. Quare
ergo nō timuistis detrahere seruo meo
moysi? Iratusq; contra eos abijt. Nu-
bes quoq; recessit que erat super taber-
naculum. Et ecce maria apparuit can-
dens lepra quasi niue. Cūq; respexisset
eam aaron & vidisset percussam lepra:
ait ad moysen. Obsecro domine mi-
ne imponas nobis hoc peccatum qō
stulte commisimus: ne fiat hoc quasi
mortua: & ut abortuum qō proicitur
de vulua matris sue. Ecce iam medi-
um carnis eius deuorauī est a lepra.
Clamauitq; moyses ad dōm dicens.
Deus obsecro · sana eam. Cui respon-
dit dominus. Si pater eius spuisset
i facē illis · nōne deberet saltem septē
diebus erubere suffundi? Separet septem
diebus extra castra: et postea reuocabit.
Exclusa est itaq; maria extra castra se-
pten diebus: et ppls nō e motus de loco
illo · donec reuocata e maria. xiij

Postea autē e ppls de aseroth: fixis
tentorijs i deserto pharan. Ibiq;
locutus est dominus ad moysen dicens.
Mitte viros qui considerent terrā cha-
naan quā daturus sum filijs israhel:
singulos de singulis tribubus et pren-
cipibus. Fecit moyses qō dōs imperat:
de deserto pharan miteē principes
viros: quorū ista sunt nomina. De
tribu ruben-sammua filium zechur: de
tribu simeon-saphat filū uri: de tribu
iuda caleb filū iephone: de tribu issach-
ar igal filū ioseph: de tribu ephraim
osee filū nun: de tribu beniamin phal-
ti filū raphu. De tribu zabulon-ged-
dihel filū sodi: de tribu ioseph scepti
manasse gaddi filū susi: de tribu dan
ammihel filium gemalli: de tribu aser
sechur filiū michael: de tribu neptalim
nahbi filium hapsi: de tribu gad gu-
hel filium machi. Hæc sunt nomina
virorū · quos misit moyses ad consi-
derandem terram: vocauitq; osee filiū
nun iosue. Misit ergo eos moyses ad
considerandā terrā chanaan: et dixit
ad eos. Ascendite per meridianā pla-
gam. Cumq; ueneritis ad montes · con-
siderate terram qualis sit: & ppls qui
habitator est eius · utrum fortis sit an
infirmus · pauci numero an plures: ipa
terra bona an mala: urbes quales-
murate an absq; muris: humus pin-
guis an sterilis · nemorosa an absq;
arboribus. Confortamini · et afferre
nobis de fructibus terre. Erat autem
tempus quādo iam precoque uue mori
possunt. Cumq; ascendissent explora-
uerunt eram a deserto syn-usq; ad ro-
ob introeuntibus emath. Ascenderunt
q; ad meridiem et uenerunt in hebron:
ubi erant achiman & sisai et dolmai-
filij enach: nam hebron septem annis
ante thanim urbem egipti condita est.
Peruenerūq; usq; ad torrentem botri
abscīderūt palmitē cū uua sua quē por-
taverunt in vecte duo viri. De malis
quoq; granatis et de ficis loci illius
sustulerunt · qui appellatus est nehelescol
id est torrens botri eo quod botrū pe-
tassent inde filij israhel. Reuersiq; explo-
ratores ire post ēdraginta dies omnis
regione circuita venerunt ad moysen
et aaron et ad omnem cetum filiorū
israhel in deserto pharan quod est
in cades. Locutiq; eis et omni multi-
tudini ostenderunt fructus terre & nar-
rauerunt dicentes. Venimus in terrā
ad quā misistis nos · que revera fluit

lacte et melle · ut ex hijs fructibus cognosci possit : sed cultores hostilium habet · et urbes grandes atq; muratas. Hirpeni enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie · etheus et ibusteus et amorreus in montanis. Canane vero moratur iuxta mare · et circa fluvium iordanis. Iuxte hec caleb conquiescens murmur populi qui crebatur contra moysen ait. Ascendamus & possidebimus terram : quoniam potentius obtinebimus eam. Alij vero qui fuerant cum eo dixerant. Nequaq; ad hunc pugnam valemus ascendere : quia fortior nobis est. Detractantq; terre quam inspexerant apud filios israhel · dicentes. Terra quam lustravimus devorat habitatores suos. Populus quem aspeximus · pre stature e. Ibi vidimus monstra quedam filiorum enach de genere gigantum : quibus comparati ipsi locuste videbamur.

Igitur vociferatus dominum nocte illa : & murmuravit tota turba filiorum israel contra moysen et aaron · dicentes. Utinam mortui essemus in egipto & non in hac vasta solitudine. Vtinam precaremur · ne nos inducat dominus in terram istam : ne cadamus gladio · & uxores ac liberi nostri ducantur captivi. Nonne melius est reverti in egipto? Dixerunt q; alter ad alterum. Constituamus nobis ducem · & revertamur in egiptum. Quo audito moysen & aaron ceciderunt pronii in terram coram omni multitudine filiorum israhel. At vero iosue filius nun et caleb filius iephone · qui e ipsi lustraverant terram · sciderunt vestimenta sua : & ad omnem multitudinem filiorum israhel locuti sunt. Terra quam circuivimus valde bona est. Si placuerit domino · induce nos in eam : et tradet nobis lacte et melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum · neq; timeatis populum terre huius : quia sicut panem ita nos possumus devorare. Recessit ab eis omne presidium : dominus nobiscum est · nolite metuere. Cunctq; clamare cum multitudo & lapidibus eos velle opprimere : apparuit gloria domini super tedium federis · cunctis videntibus filijs israhel. Et dixit dominus ad moysen. Vsquequo detrahet michi populus iste? Quousq; non credent michi in omnibus signis q; feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia · atq; consumam : et aut faciam principem suy gente magna et fortiorem q; hec est. Et ait moysen ad dominum. Vt audiant egipti de quorum medio eduxisti populum istum · & habitatores terre huius q; audierunt quod tu domine in populo isto sis · & facie videaris ad faciem : & nubes tua protegat illos · & in columna nubis precedas eos per diem · & in columna ignis per noctem · quod occideris quasi multitudinem quasi unum hominem · et dicant. Non poterat introducere populum in terram pro qua iuraverat · idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini sicut iurasti dicens. Dominus patiens & multe misericordie · auferens iniquitatem et scelera · nullumq; innocentem declinans : qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundum magnitudinem misericordie : sicut propitius fuisti egredientibus de egipto usq; ad locum istum. Dixitq; dominus. Dimisi iuxta verbum tuum · uno ego : et implebitur gloria domini · universa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam et signa q; feci in egipto et in solitudine · et tentaverunt me iam p decem vices nec obedierunt voci mee · nō videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum · nec quisq; ex illis qui detraxit michi intuebitur eam. Servus meus caleb q; plenus alio spiritu secutus est me inducam in terram hanc quam circuivit · et semen eius possidebit eam : quoniam amalechites & chananeus habitat in vallibus. Cras movete castra : & revertimini in solitudinem p viam maris rubri. Locutusq; e dominus ad moysen & aaron dicens. Vsquequo multitudo hec pessima murmurat contra me? Audivi querelas filiorum israhel audivi. Dic ergo eis. Sicut ego ait dominus : sicut locuti estis audiente me · sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis & supra · & murmuratis contra me · non ingredietis terram super qua levavi manum meam ut habitare vos faceret : preter caleb filium iephone · & iosue filium nun. Parvulos autem vestros de quibus dixistis quod prede hostibus forent introducam : ut videant terram que vobis displicuit : ubi cadavera iacebit in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta : & portabunt fornicationem vestram · donec consumentur cadavera patrum in deserto : iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram. Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras : & scietis ultionem mea. Quoniam fuit locutus sum · ita faciam omni multitudini huic pessime · que conspiravit adversum me : in solitudine hac deficiet & morietur. Igitur omnes viri quos miserat moysen ad considerandam terram · & qui reversi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem. Detractatores terre egi esset mala : morti sunt atq; percussi in conspectu domini. Iosue autem filius nun & caleb filius iephone vixerunt ex omnibus qui profecti ad considerandam terram. Locutusq; est moysen universa verba hec ad omnes filios israhel : et luxit populus nimis. Et cum mane primo surgentes · ascenderunt verticem montis atq; dixerunt. Parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est : quia peccavimus. Quibus moysen. Cur inquit transgredimini verbum domini · quod vobis non erit in prosperum? Nolite ascendere · non enim est dominus vobiscum : ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites & chananeus ante vos sunt quos gladio corruetis : eo q; noluistis acquiescere domino · nec erit dominus vobiscum. At illi contribulati · ascenderunt in verticem montis. Archa autem testamenti domini et moysen non recesserunt de castris. Descendentq; amalechites & chananeus q; habitabat in monte : et percutiens eos atq; conquassavit eos usq; horma.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios israel · & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram habitationis vestre quam ego dabo vobis · & feceris oblationem domino in holocaustum · aut victimam pacificam voto solvendo · vel sponte offerendo · aut in solemnitatibus vestis ad odorem suavitatis domino : de bubus sive de ovibus offerent quicunq; immolaverit victimam : sacrificii simile victimam pariter cum tritura olei · quod mensura habebit quarta pars hin : et vinum ad libamentum eiusdem mensure dabit in holocaustum sive

in victimam. Per agnos singulos ⁊
arietes erit sacrificiũ simile duarũ dei
marũ-que ⁊ spersa sit oleo tercie partis
hin: ⁊ vinũ ad libamentũ tercie partis
eiusdem mensure offeret in odorẽ su-
auitatis dño. Quãdo ueo de bubs
feceris oloraustum aut hostiam ut im-
pleas votũ uel pacificas victimas: da-
bis per singulos boues simile tres de
similas conspersę oleo. quod habeat
medium mensure hin: ⁊ vinũ ad liba
fundenda eiusdem mensure i oblatio-
nem suauissimi odoris dño. Sic fac-
eris per singulos boues et arietes et a-
gnos. ⁊ ad os: tam indigene q̃ peregri-
nũ eodem ritu offerent sacrificia. Et nũ
preceptum erit atq; iudicũ cã vobis
q̃ adueniis terre. Locutus est dominꝰ
ad moysen dicens. Loquere filijs isrl
et dices ad eos. Cum ueneris i terrã
quã dabo vobis. ⁊ comederis de pa-
nibus regionis illius: separabitis
primitias dño de abis vestris. Sicut
de areis primitias separabitis: ita et de
pulmentis fabis primitiua domino.
Quod si y ignoraueritis preceptis
quinq; hoc que locutus est dominus
ad moysen. ⁊ mandauit y eũ ad vos
a die qua cepit iubere ⁊ ultra obliuiq;
fuerit facere multitudo: offeret vitulũ
de armento oloraustum in odorẽ sua-
uissimũ dño. et sacrificiũ eius ac liba
ut ceremonie postulãt. hircumq; pro
peccato: ⁊ rogabit sacerdos pro omni
multitudine filiorꝰ israhel ⁊ dimittetur
eis. quoniã non sponte peccauerunt
nichilominus offerentes incensũ dño
pro se et pro peccato atq; errore suo. ⁊
dimittetur universe plebi filiorꝰ isrl. et
aduenis qui peregrinantur inter vos:
quoniã culpa ẽ omnis plebi y ignoran-
tiam. Quod si anima una nesciens
peccauerit: offeret capram ãniculam
pro peccato suo: et deprecabit pro ca-
sacerdos nõ iuscia peccauerit coram do-
mino: imperabitq; ei veniã. ⁊ dimittẽ
illi. Tam indigenis q̃ aduenis una
lex erit omnibꝫ q̃ peccauerit ignoranter.
Anima ueo que y superbiã aliquid
commiserit: siue natus sit ille siue pe-
grinus: quoniã aduersus dñm rebel-
lis fuit: ipse de populo suo. Verbũ
enim dñi contemplat: et preceptũ illius
fecit irritum: idcirco delebitur ⁊ pena
dit iniquitatem suã. Factum est autẽ
cum essent filij israhel i solitudine. et
inuenissent hominẽ colligentẽ ligna i
die sabbati: obtulerunt eum moysi et
aaron et universe multitudini. Qui
recluserunt eum in carcerem: nesciẽs
q̃d fieri de facere deberẽt. Dixitq; dñs
ad moysen. Morte moriatur homo
istꝰ: obruat eum lapidibꝫ omnis ciuis
extra castra. Cũq; eduxissent eũ foras
obruerunt eũ lapidibꝫ: ⁊ mortuus est
sicut preceperat dñs. Dixit quoq; do-
minus ad moysen. Loquere filijs isra-
hel et dices ad eos. Vt faciãt sibi fim-
brias per angulos pallioruũ: ponẽs
in eis vittas iacinctinas. Quas cum
viderint recordentur omnium mãdato-
rũ: nec sequantur cogitationes suas
et oculos y res varias fornicãtes: sed
magis memores fuerint dñi: faciãt
ea: sintq; sancti deo suo. Ego dom-
inus deus vester. qui eduxi vos de ter-
ra egipti: ut essem deus vester. XVI.

Ecce autem chore filij yzaar filij
chaath. filij leui: et dathan. atq;
abiran filij eliab. Hon quoq; filius
phileth de filijs ruben surrexerunt con-
tra moysen: abijq; filiorꝰ israhel ducẽti
quinquagintą viri proceres synago-
ge. et qui nuporet concilij y nominati

vocabantur. Cumq; stetissent aduersũ
moysen et aaron dixerunt. Sufficiat
vobis quia omnis multitudo sanctꝰ
est. et in ipis est dñs. Cur eleuamini
super plebem dñi? Quod cum audisset
moyses cecidit pronus i faciẽ: locutꝰ
q̃ ad chore et ad omnẽ multitudinẽ.
Mane inquit notum faciet dñs qui
ad se pertinet: ⁊ sanctos applicabit
sibi: ⁊ quos elegerit appropinquabũt
ei. Hoc igit fiet. Tollat unusquisq;
thuribula sua cu chore et omnis conuen-
tus suus. ⁊ imposito eis igne ponite desu-
per thimiama coram dño: ⁊ quemcunq;
elegerit ipse erit sanctus. Multũ eligi-
mini filij leui. Dixitq; rursum ad chore.
Audite filij leui. Num parũ vobis
est q̃ separauit vos deus israhel ab
omni plebe: et iunxit sibi ut seruiretis
in cultu tabernaculi: ⁊ staretis coram
frequentia populi et ministraretis eis?
Ipsaco ad se fecit accedere te et omnes
fratres tuos filios leui: ut vobis etiã
sacerdotiũ vendicetis. ⁊ omnis globꝰ
tuus fiat contra dñm? Quid est enim
aaron ut murmuretis contra eũ? Mi-
sit ergo moyses ut vocaret dathan et
abiran filios eliab. Qui responderũt.
Non venimus. Numquid parum est
nbi quod eduxisti nos de terra egipti
que lacte et melle manabat ut occide-
res in deserto: nisi et dominatus fue-
ris nostri? Certe indusisti nos i terr-
am que fluit rivis lactis et mellis: et
dedisti nobis possessiones agroꝰ ⁊ vi-
neaꝰ. An et oculos nostros vis eue-
re? Non venimus. Iratusq; moyses
valde. Ait ad dñm. Ne respicias sacri-
ficia eorꝰ. Tu scis quod nec asinũ qui-
dem unquã acceperim ab eis: nec affli-
xerim quemquam eorꝰ. Dixitq; ad chore
Tu ⁊ omnis congregatio tua state
coram dño: et aaron die cras
Tuo separatim. Tollite singuli thuri-
bula vestra. ⁊ ponite super ea incensũ
offerentes dño ducẽta quinquaginta
thuribula: aaron quoq; teneat thuri-
bulum suũ. Quod cũ fecissent tanti
bus moyse ⁊ aaron. ⁊ congregassent
adversum eos omnẽ multitudinẽ ad
ostium tabernaculi: apparuit eundẽ
gloria dñi. Locutusq; dominus ad
moysen ⁊ aaron ait. Separamini de
medio congregationis huius: ut eos
repente disperdam. Cum ceciderũt pro-
ni in faciem atq; dixerunt. Fortissime
deus spirituum universe carnis: num
uno peccante contra omnes tua ira
deseuiet? Et ait dominus ad moysen.
Precipe universo populo ut separet
a tabernaculis chore ⁊ dathan et abi-
ran. Surrexitq; moyses ⁊ abiit ad da-
than et abiran: et sequentibꝫ eũ senio-
ribus israhel dixit ad turbam. Recedite
a tabernaculis impiorꝰ ⁊ nolite tange-
re q̃ ad eos pertinent: ne involuamini
in peccatis eorum. Cũq; recessissent a
tentorijs eorum y circuitum: dathan
et abiran egressi stabant in introitu
tabernaculorum cũ uxoribus ⁊ liberis
omnisq; frequentia. Et ait moysꝰ.
In hoc scietis quod dominus miserit
me: ut faceam universa que cernitis. ⁊
non ex proprio ea corde protulerim. Si
consueta hominũ more interierint. et
visitauerit eos plaga qua et ceteri visi-
tari solent: nõ misit me dñs. Si autẽ
novum rem fecerit dominus. ut ape-
riens terra os suum deglutiat eos et
omnia que ad illos pertinent. deseen-
derintq; viuentes in infernũ: sciatis y
blasphemauerint dominũ. Confestim
igitur ut cessauit loqui diruptꝰ est ter-
ra sub pedibꝫ eorũ: ⁊ aperiens os suũ

deuorauit illos cũ tabernaculis suis:
et omnem substãtiã eorũ. Descenderũt
q̃ viui in infernũ operti humo: ⁊ peri-
erunt de medio multitudinis. At vero
omnis israhel qui stabat p̃ circũ fugit
a clamore perentũ dicens. Ne forte
⁊ nos ira deglutiat. Sed ⁊ ignis egres-
sus a dño interfecit duocẽtos quinq̃gin-
ta viros q̃ offerebãt incensũ. xvij

Locutusq̃ est dñs ad moysen di-
cens. Percipe eleazaro filio aa-
ron sacerdoti vt tollat thuribula que
iacent in incendio. et ignem huc illuc
q̃ dispergat: quoniã sanctificata sunt
in mortibus peccatorũ: producatq̃ ea in
laminas ⁊ affigat altari. eo q̃ oblata
sint in eis incensum dño ⁊ sanctifi-
cata sint: vt cõuertat ea pro signo et mo-
nimẽto filijs israhel. Tulit ergo eleazar
sacerdos thuribula ærea in quibus ob-
tulerant hij quos incendium deuora-
uit. et produxit ea i laminas affigẽs
altari. vt habrent postea filij israhel
quibus commonerentur: ne quis accedat
alienigena et qui nõ est de semine
aaron ad offerendũ incensum dño: ne
patiatur sicut passus est chore ⁊ omnis
congregatio eius loquẽte dño ad moy-
sen. Murmurauit autẽ omnis multi-
tudo filiorũ israhel sequenti die cõtra
moysen ⁊ aaron dicens. Vos interfe-
cistis populũ dñi. Cũq̃ oriretur seditio
et tumultus increscere. moyses et aa-
ron fugerunt ad tabernaculũ fœderis.
Quod postq̃ ingressi sunt operuit nu-
bes ⁊ apparuit gloria dñi. Dixitq̃ do-
minus ad moysen. Recedite de medio
huius multitudinis: ⁊ iam nunc de-
leo eos. Cumq̃ iacerent in terra dixit
moysen ad aarõ. Tolle thuribulum
et hausto igne de altari imple quasi
desuper: pergens cito ad populũ: ut
roges pro eis. Iam enim egressa ira
a domino ⁊ plaga deluit. Quod cũ
fecisset aaron ⁊ cucurrisset ad media
multitudinẽ quã iam vastabat incen-
dium obtulit thuriamata: et stans inter
mortuos ac viuentes pro populo depreca-
tus est: et plaga cessauit. Fuerũt autẽ
qui perierũt sunt quatuordecim milia
hominũ ⁊ septingenti: absq̃ hijs qui
perierant in seditione chore. Rauersus
q̃ ẽ aaron ad moysen ad ostiũ tabe-
naculi fœderis: postq̃ quiesẽt interitus.
Et locutus ẽ dñs ad moysen dicens.
Loquere ad filios israhel ⁊ accipe ab
eis virgas singulas p̃ cognationes
suas a cunctis principibus tribuũ vir-
gas duodecim: et vnuscuiusq̃ nomẽ
super scribes virge tue. Nomen autẽ
aaron erit in tribu leui: et una virga
cunctas eorũ familias continebit: po-
nesq̃ eas in tabernaculo fœderis coram
testimonio vbi loquar ad te. Cui e
hijs elegero germinabit virga eius: ⁊
cohibebo a me querimonias filiorũ
israhel. quibus contra vos murmu-
rant. Locutusq̃ est moysen ad filios
israhel: et dederunt ei omnes principes
virgas per singulas tribus. Fuerũt
q̃ virge duodecim absq̃ virga aaron.
Quas cum posuisset moyses coram
domino in tabernaculo testimonij sc̃i
quenti die regressus inuenit germinasse
virgã aaron in domo leui ⁊ turgan-
tibus gemmis emiserant flores: qui fo-
lijs dilatatis in amygdalas deformati
sunt. Protulit ergo moyses omnes
virgas de conspectu dñi ad cunctos
filios israhel: vidẽtq̃ receperunt sin-
gули virgas suas. Dixitq̃ dominus
ad moysen. Refer virgam aaron in ta-
bernaculũ testimonij: vt seruetur ibi i
signũ rebellionis filiorũ israhel: quietẽt

que et eorũ a me ne moriant. Fecitq̃
moyses sicut preceperat dñs. Dixerunt
autẽ filij israhel ad moysen. Ecce consum-
pti sumus: omnes pibimus. Quicũq̃ acce-
dit ad tabernaculũ dñi. morit. Num
usq̃ ad internecionẽ cuncti delendi sumus?
Dixitq̃ dñs ad aarõ. xviij

Tu ⁊ filij tui ⁊ domus patris tui portabitis
iniquitatem sanctuarij: et
tu ⁊ filij tui simul sustinebitis peccata
sacerdotij vestri. Sed et fratres tuos de
tribu leui et sceptro patris tui sumes te-
cum: prestoq̃ sint et ministrẽt tibi. Tu
autẽ ⁊ filij tui ministrabitis in taberna-
culo testimonij. Excubabuntq̃ leuite
ad precepta tua: et ad cuncta opera ta-
bernaculi: ita dũtaxat ut ad vasa san-
ctuarij ⁊ altare non accedant ne et illi
moriãtur: et vos pariter simul. Sint
autem tecum et ẽgebunt in custodijs
tabernaculi: ⁊ in omnibus ceremonijs
eius: alienigena nõ miscebitur vobis.
Excubate in custodia sanctuarij: et in
ministerio altaris: ne oriat indigna-
tio sup filios israhel. Ego dedi vobis
fratres vestros leuitas de medio filio-
rum israhel: ⁊ tradidi donum dño: ut
seruiant in ministerijs tabernaculi ei.
Tu autẽ et filij tui custodite sacerdotium
vestrum: ⁊ omnia que ad ceteũ altaris
pertinent: ⁊ intra velum sunt: q̃ sacer-
dotes administrabuntur. Si quis ex
eorum accesserit occidetur. Locutus est
dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodi-
am primitiarum mearũ. Omnia que sancti-
ficantur a filijs israhel tibi tradidi ⁊ fi-
lijs tuis: pro officio sacerdotali legitimo
sempiterno. Hec ergo accipies de
hijs que sanctificantur ⁊ oblata sunt
domino. Omnis oblatio ⁊ sacrificiũ
quicquid p̃ peccato atq̃ delicto red-
ditur mihi: ⁊ erit in sancta sanctorũ:
tuũ erit et filiorũ tuorũ. In sanctuario
comedes illud. Mares tantũ edent ex
eo: quia consecratũ est tibi. Primitias
autẽ quas vouerint ⁊ obtulerint filij
israhel: tibi dedi ⁊ filijs tuis ac filiabus
tuis iure perpetuo. Qui mundus est in
domo tua: vescetur eis. Omne medul-
lam olei et vini ac frumẽti: quicquid
offerunt primitiarũ domino: tibi dedi.
Vuinetis frugũ intima que gignit hu-
mus ⁊ domino deportantur: cedent in
vsus tuos. Qui mundus est in domo
tua: vescetur eis. Omne quod ex voto
reddiderint filij israhel: tuũ erit. Quic-
quid primum emersit e vulua cunctæ
carnis quã offerũt domino: sive ex ho-
minibus sive de pecoribus fuerit: tui iuris
erit: ita dumtaxat ut pro hominis
primogenito primum accipies: ⁊ omne
animal nõ mundũ est redimi faci-
as: cuius redemptio erit post vnũ men-
sem: iuxta argenti quinq̃ pondera san-
ctuarij. Siclus viginti obolos habet.
Primogenitũ autem bouis ⁊ ouis et
capre non facies redimi: quia sancti-
cata sunt domino. Sanguinẽ tantũ
eorũ fundes super altare: ⁊ adipes ad-
ledes in suauissimũ odorem domino.
Carnes vero in vsum tuũ erunt: sicut
pectusculum consecratũ ⁊ armus dexte-
ra erit. Omnes primitias sanctuarij
quas offerũt filij israhel domino: tibi
dedi et filijs ac filiabus tuis iure pe-
tuo. Pactum salis ẽ sempiternũ coram
domino tibi ac filijs tuis. Dixitq̃ do-
minus ad aaron. In terra eorũ nichil
possidebitis: nec habebitis partem inter
eos. Ego pars ⁊ hereditas tua i medio
filiorũ israhel. Filijs autẽ leui dedi omnes
decimas israhelis in possessionẽ: pro
ministerio quo seruiunt michi i tabe-
naculo fœderis: ut non accedant ultra

filij israhel ad tabernaculum: nec com-
mutant peccatū morientis: solis filijs
leui michi in tabernaculo seruientibus
et portantibus peccata populi: legitimū
sempiternū erit in generationibus ve-
stris. Michil aliud possidebunt decima-
rum oblationē eorum: quas i usus
eorū et necessaria separaui. Locutusq;
est dominus ad moysen dicens. Precipe
leuitis atq; denuncia. Cū acceperitis
a filijs isrl decimas quas dedi vobis:
primitias earum offerte dño: id est de-
cimam partē decime: ut reputetur vo-
bis in oblationē primitiorū: tam de
areis q̃ de torcularibus et vniuersis
quoq; accipitis primitias offerte dño
et date ea aaron sacerdoti. Omnia que
offertis ex decimis: et in donaria do-
mini separabitis: optima ⁊ electa erit.
Dicesq; ad eos. Si pdara et meliora
queq; obtuleritis ex decimis: reputabi-
tur vobis sicut de area et torculari de-
ritis primitias: ⁊ comederis eas i omni-
bus locis vrīs: tam vos q̃ familie vre:
q̃a pretiū ē ꝓ ministerio quo seruitis i
tabernaculo testimonij: et nō peccabitis
super hoc: egregia vobis ⁊ pinguia re-
seruātes: ne polluatis oblationes filio-
rum israhel: et moriamini. XVI.

Locutusq; est dominus ad moysen
et aaron dicens. Ista ē religio
victime quā constituit dño. Precipe
filijs israhel: ut adducant ad te vaccā
rufam etatis integre in qua nulla sit
macula: nec portauerit iugū: tradeisq;
eam eleazaro sacerdoti. Qui eductam
extra castra immolabit in conspectu
omniū: ⁊ tinguēs digitum in sangui-
ne eius: asperget contra fores taberna-
culi septies vnūq; comburetq; ea cun-
ctis videntibus: tam pelle ⁊ carnibus et
q̃ sanguine et fimo flammē tradetis.
Lignum quoq; cedrinum et ysopum
coicietq; bis tinctū sacerdos mittet i
flammam quē vacam vorat. Et vir
tunū lotis vestibus ⁊ corpore suo: egre-
dietur in castra: coinquinatusq; erit
usq; ad vesperam. Sed ⁊ ille qui com-
busserit eam lauabit vestimenta sua
et corpus: et immundus erit usq; ad
vesperam. Colligat autē vir mundus
cineres vacce ⁊ effundet eos extra castra
in loco purissimo: ut sint custodiam
filijs israhel in custodiam et in aquā
aspersionis: quia pro peccato vacca
combusta est. Lotq; lauerit q̃ vacce
portauerat cineres vestimenta sua: im-
mundus erit usq; ad vesperam. Habe-
bunt hoc filij israhel et aduenę q̃ habi-
tant inter eos sanctū iure perpetuo. Qui
tetigerit cadauer hominis ⁊ per hoc se
septem dies fuerit inmūdus: aspergē
ex hac aqua die tertio ⁊ septimo: ⁊ sic
mundabitur. Si die tertio aspersus
non fuerit: septimo nō poterit mundi
fieri. Omnis qui tetigerit humanę ani-
me morticinum: ⁊ aspersus hac com-
mixtione nō fuerit: polluet tabernacu-
lum domini: ⁊ perdet ex israhel. Quia
aqua respirationis nō est aspersus im-
mundus erit: ⁊ manebit spurcicia eius
super eum. Ista est lex hominis q̃ mori-
tur in tabernaculo. Omnes q̃ ingredi-
untur tentoriū illius: ⁊ vniuersa sup-
lectilia que ibi sunt polluta erunt septem die-
bus. Vas quod nō habuerit operculū
nec ligaturam deliga: immundū erit.
Si quis in agro tetigerit cadauer occi-
si hominis: aut q̃ se mortui: siue os illius
vel sepulcri: immundū erit septem
diebus. Tollent de cineribus combusti-
nis atq; pecati ⁊ mittē aquas viuas
super eos in vas: in quibus cū homo
mundus intinxerit ysopū: asperget to

omne tentoriū ⁊ omnem suppellectilē
et homines huiusmodi contagione
polluos: atq; hoc modo mundus fi-
fiet: immūdū tertio ⁊ septimo die:
expiatusq; die septimo lauabit et se et
vestimēta sua: ⁊ immundus erit usq;
ad vesperam. Si quis hoc ritu nō fue-
rit expiatus: perdet anima illius de me-
dio ecclesie: quia sanctuariū dñi pollu-
it: ⁊ nō est aqua lustrationis aspersus.
Erit hoc preceptū legitimū sempiternū.
Ipse quoq; qui aspergit aquas: laua-
bit vestimenta sua. Omnis qui tetige-
rit aquas expiationis: immūdus erit
usq; ad vesperam. Quicquid tetigerit
immundus: immūdum facet: ⁊ ani-
ma que horum quippiam tetigerit: im-
munda erit usq; ad vesperam. XX.

Venerūtq; filij israhel et omnis
multitudo in desertum sui mense
primo: ⁊ mansit ꝓpls in cades. Mortu-
aq; ē ibi maria: ⁊ sepulta in eodem lo-
co. Lotq; indigere aqua populꝰ con-
uenerunt aduersum moysen et aaron:
et vnci in seditionē dixerūt. Vtinam
perissemus inter fratres nostros coram
domino. Cur eduxistis ecclesiā dñi in
solitudinem: ut ⁊ nos ⁊ nr̃a iumenta
moriamur? Quare nos fecistis ascen-
dere de egipto ⁊ adduxistis ad locum
istū pessimum qui fieri nō potest: q̃ nec
frūti gignit: nec vineas nec mala gra-
nata: insuꝑ ⁊ aquam nō habet ad bibē-
dū? Ingressusq; moysen ⁊ aaron
dimissa multitudine in tabernaculū
fedeis: corruerunt proni in terram: cla-
maueruntq; ad dominū atq; dixerunt.
Domine deus audi clamorē populi
huius: ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontē
aque viue: ut lariari desint murmura-
tio eorū. Et apparuit gloria dñi super
eos. Locutusq; ē dominus ad moysen
dicens. Tolle virgam et congrega po-
pulum tu ⁊ aaron frater tuus: ⁊ loqui
mini ad petrā coram eis: ⁊ illa dabit
aquas. Lotq; eduxeris aquā de petra
bibet omnis multitudo ⁊ iumenta eius.
Tulit igit moysen virgam qui erat in
conspectu dñi sicut preceperat ei: cōgre-
gata multitudine āte petram: dixitq;
eis. Audite rebelles ⁊ incredoli. Num
de petra hac vobis aquā poterimus
eicere? Lotq; eleuatis moysen manū
percutiens virga bis silicem: egressē sūt
aque largissime: ita ut populꝰ biberet
et iumēta. Dixitq; dominꝰ ad moysen
et aaron. Quia nō credidistis michi
ut sanctificaretis me coram filijs isrl:
non introducetis ipsos populos in terram
quā dedo eis. Hic ē aqua contra-
dictionis: ubi iurgati sunt filij israhel
contra dñm: ⁊ sanctificatꝰ est i eis. Mi-
sit interea nūcios moysen de cades ad
regem edom: qui diceret. Hec mādat
frater tuus israhel. Nosti omnē labo-
rem qui apprehendit nos: quomodo
descenderit patres nri in egiptū: ⁊ habi-
tauerimꝰ ibi multo tempore: afflixerit
q̃ nos egiptij ⁊ patres nostros: ⁊ quo-
modo clamauerimꝰ ad dñm et exau-
dierit nos: misericq; augelū qui edu-
xerit nos de egipto. Ecce in urbe cades
que ē in extremis finibus tuis positi: ob-
secramus ut nobis transire liceat per
terram tuā. Non ibimus ꝑ agros nec
per vineas: nō bibemus aquas de pu-
teis tuis: sed gradiemur via publica:
nec ad dexteram nec ad sinistram deli-
nauerimus: donec transeamus terminos
tuos. Cui respondit edom. Non transi-
bis per me. Alioquin armatꝰ occurrā
tibi. Dixeruntq; filij israhel. Per trā
gradiemur viā: ⁊ si biberimꝰ aquas
tuas nos et pecora nostra: dabimus

quod iustum est. Nulla erit in precio
difficultas: tantū velociter transeam⁹.
At ille respōdit. Nō transibis. Sta
tuq; egressus est obuius cū infinita
multitudine ⁊ manu forti: nec voluit
acquiescere deprecanti · ut concederet
transitū p fines suos. Quāobrem di
uertit ab eo israhel. Cumq; castra mo
uissent de cades · venerūt in montē or
qui est in finibꝫ terre edom: vbi locu⁹
est dom⁹ ad moysen dicēs. Pergat
inquit aaron ad ꝓpios suos. Nō enī
introibit terram quā dedi filijs israhel:
eo quod incredulus fuerit ori meo ad
aquas contradictionis. Tolle aaron
et filium eius cū eo: ⁊ ducēs eos in mon
tem or. Cumq; mutauerit patrem veste
sua-indues ea eleazarum filiū eius: ⁊
aarō colligetur-et morietur ibi. Fecit
moyses ut preceperat dōs: ⁊ ascenderūt
in montem or coram omni multitudine.
Cumq; aaron spoliasset vestibꝫ suis:
induit eis eleazarū filium eius. Illo
quoq; in montis vertice defunctus
est eleazaro. Omnis autē multitudo mōtis
cognouisse aarō: fleuit sup eo triginta
diebꝫ p cūctas familias suas. xxi.

Quod cum audisset chanan⁹ rex
arad-qui habitabat ad meridiē
venisse scilicet israel per exploratores via
pugnauit contra illū: et uictor existēs
duxit ex eo prēdā. At israel voto se do
mino obligans ait. Si tradideris po
pulū istum in manu mea: delebo vrbes
eius. Exaudiuitq; dōs preces israhel
et tradidit chananeū: quē ille interfecit
subuertens urbes eius · et vocauit no
men loci illus oruma-id est anathema.
Profecti sunt aūt et de monte or-p via
q̃ ducit ad mare rubrū: ut circui
rent terrā edom. Et ardere cepit popu
lum itineris ac laboris: locutusq; ora
dominum ⁊ moysen ait. Cur eduxisti
nos de egipto: ut moriamur i solitu
dine? Deest panis: nō sunt aquē: ani
ma nostra iam nauseat super cibo isto
leuissimo. Quāobrem misit dōs in
ꝑplu ignitos serpentes: ad quos pla
gas ⁊ mortes plurimorū uenerūt ad
moysen atq; dixerunt. Peccauimus:
quia locuti sumus contra dominū et
te. Ora ut tollat a nobis serpentes.
Orauit moysen pro populo. Et locu
tus est domin⁹ ad eū. Fac serpentem
eneum: ⁊ pone eum pro signo. Qui pe
cussus aspexerit eum viuet. Fecit ergo
moyses serpentem eneū: et posuit eum
pro signo. Quē cū percussi aspiceret:
sanabātur. Profectiq; filij israhel: ca
stramentati sunt in oboth. Vnde egressi
fixere tentoria i iabarim i solitudine
que respicit moab · cōtra orientalem
plagam: ⁊ inde mouentes venerūt ad
torrentem zareth. Quē relinquentes
castramentati sunt contra amon-que
est in deserto · et prominet in finibus
amorrei. Siquidem arnon terminus
est moab: diuidēs moabitas et amor
reos. Vnde dicitur in libro bellorum
dōi. Sicut fecit in mari rubro: sic fac
et in torrentibus arnon. Scopuli tor
rentium inclinati sunt ut requiescerē
in aaron: et recumberent in finibus mo
abitarū. Ex eo loco apparuit puteus:
super quo locutus ē dōs ad moysen.
Congrega populū: et dabo ei aquam.
Tūc cecinit israhel carmē istud. Ascen
dat puteus concinebār: puteus quē fo
derunt principes: et parauerunt duces
multitudinis-in datore legis ⁊ in ba
culis suis. De solitudine: mathana.
De mathana: nahaliel. De nahaliel:
in bamoth. Bamoth vallis est i regio
ne moab-i uertice salsa: et qō respicit

contra desertū. Misit autē israel nūcios
ad seon regem amorreorū dicēs. Obse
ro ut transire michi liceat per terram
tuam. Non declinabimus in agros
et vineas: non bibemus aquas ex pu
teis. Via regia egredienmur: donec
transeamus terminos tuos. Qui con
cedere noluit ut transire israhel per fi
nes suos: quin potius egressus congre
gato egressus est obuiā in desertum ⁊
venit in iasa: pugnauitq; contra eum.
A quo pcussus est in ore gladij: ⁊ pos
sessa ē terra eius ab arnon usq; iabocc
et filios ammon: quia fortē prefidio
tenebantur terminī āmonitarū. Tulit
ergo israhel omnes ciuitates eius: et
habitauit in urbibꝫ amorrei: i ethebon
scilicet ⁊ vicinis eius. Vrbs ethebon fu
it regis seon amorrei · qui pugnauit
contra regem moab: et tulit omnem
terram que ditionis illius fuerat usq;
arnon. Idcirco dicitur in prouerbio.
Venite in ethebon: edificetur ⁊ constru
atur ciuitas seon. Ignis egressus ē de
ethebon-flamma de opido seon: ⁊ deuo
rauit ar moabitarū: ⁊ habitatores ex
celsorū arnon. Ve tibi moab: periisti
ꝑpule chamos. Dedit filios eius in
fugā: filias in captiuitatē regi amor
reorum seon. Iugum ipōrū dispersit
ab ethebon usq; dibon: lassi puerunt
in iophe usq; medaba. Habitauit ita
q; israhel i terra amorrei. Miliq; moy
ses qui exploraret iazer: cuius ceperūt
vicinos-⁊ possederūt habitatores. Ver
tentq; se ⁊ ascendeunt per viam ba
san: ⁊ occurrit eis og rex basan cum o
mni ꝑplo suo pugnatur⁹ in edrai. Di
xitq; dōs ad moysen. Ne timeas eū:
quia in manu tua tradidi illum et o
mnem ꝑplum ac terram eius: faciesq;
illi sicut fecisti seon regi amorreorum
habitatori ethebon. Percusserūt igitur
et hunc cum filijs suis · universumq;
ꝑplum eius usq; ad interniciōnē: et pos
sederūt terrā illē. Profectiq; castrame
tati sūt i campestribꝫ moab: vbi trans
iordanem iherichō sita est. xxii.

Videns aūt balac filius sephor o
mnia q̃ fecerat israhel amorreo:
et q̃ timuissent eum moabite-et im
petum eius ferre nō possent: dixit ad
maiores natu madian. Ista delebit
hic populus omnia qui in circuitu finibꝫ
commorantur: quomodo soleat bos
herbas usq; ad radices carpere. Ipse e
rat eo tempore rex in moab. Misit ergo
nuncios ad balaam filium beor
aniolum: qui habitabat super flumen
terre filiorꝫ ammon: ut vocarent eū et
dicerent. Ecce egressus est populus ex
egipto qui operuit superficiem terre seder
contra me. Veni igitur ⁊ maledic po
pulo huic: quia fortior me est: si quo
modo possim pugnare et ejicere eū de terra
mea. Scio enī q̃ benedictus sit cui
benedicis: ⁊ maledictus in quē male
dicta congeris. Perrexerūtq; senio
res moab et maiores natu madian:
habentes diuinationis preciū in ma
nibus. Cumq; venissent ad balaam · et
narassent ei omnia verba balac: ille
respondit. Manete hic nocte: ⁊ respon
debo quicquid michi dixerit dominus.
Manenteq; illis apud balaam: venit
deus et ait ad eum. Quid sibi volunt
homines isti apud te? Respondit. Ba
lac filius sephor rex moabitarū misit
ad me dicens. Ecce popul⁹ qui egres
sus est de egipto operuit superficiem
terre: veni ⁊ maledic ei: si quo modo pos
sim pugnans abigere eum. Dixitq;
deus ad balaam. Noli ire cū eis neq;
maledicas populo · quia benedictus ē.

Qui mane consurgens dixit ad prin-
cipes. Ite in terrā iram: quia prohibu-
it me deus venire vobiscū. Reuersi prin-
cipes dixerūt ad balac. Noluit balaam
venire nobiscum. Eursum ille misit
plures ⁊ nobiliores ⁊c ire misereat mi-
hi. Qui cum venissent ad balaam dixe-
runt. Hec dicit balac filij sephpr. Ne
tunderis venire ad me. Paratus sum
honorare te: ⁊ quicquid volueris dare.
Veni et maledic pplo isti. Respondit
balaam. Si dederit michi balac plenā
domum suā argenti ⁊ auri nō poterō
immutare verbum dñi dei mei: ut vel
plus vel minus loquar. Obsecro ut
hic maneatis etiam hac nocte: et scire
queam quid michi rursum respondeat
dominus. Venit ergo deus ad balaam
nocte: et ait ei. Si vocare te venerint
homines isti surge ⁊ vade cum eis: ita
tamen ⁊ aut quod preceptō tibi facias.
Surrexit balaam mane: et strata asi-
na profectus est cum eis: et iratus est
deus. Stetitq; angelus domini in via
contra balaam qui sedebat asine: ⁊ duo
pueros habebat secum. Conuersa a-
sina angelū stantē in via cum gladio
eius: auertit se de itinere ⁊ ibat per
agrum. Quā cum verberaret balaam
et vellet ad semitam reducere: stetit an-
gelus in angustijs quarū maceriarū
quibus vinee cingebāt. Quē videns
asina inuit se pariete: ⁊ attriuit fedē-
is pedem. At ille iterum verberabat.
et nichilominus angelus ad locum
angustum transiens: ubi nec ad dexte-
ram nec ad sinistram poterat deuiari:
obuiā stetit. Cūq; vidisset asina stan-
tem angelum: conuidit sub pedibus se-
dentis. Qui iratus vehementius cede-
bat fuste latera eius. Aperuitq; dñs
os asine: et locuta est. Quid feci tibi?
Cur ceuis me ecce iam ter? Respon-
dit balaam. Quia commeruisti ⁊ illu-
sisti michi. Vtinā haberem gladiū ut
te peremerem. Dixit asina. Nonne ani-
mal tuū sum: cui semp federe voluisti
usq; in presentem diē? Dic quid simile
unquā fecerim tibi. At ille ait. Nunq;
Protinus aperuit dominus oculos
balaam: et vidit angelum stantem in
via cum gladio: adorauitq; eū
pronus in terram. Cui angelus. Cur
inquit ter verberas asinā tuā? Ego
veni ut aduersarer tibi: quia preceps
est via tua michiq; contraria. Et nisi
asina deuitasset de via dans locum re-
sistendo: te occidissem ⁊ illa viuere. Di-
xit balaam. Peccaui: nesciēs q̄ tu sta-
res contra me. Et nūc si displicet tibi
ut vadam reuertar. Ait angel⁹. Vade
cum istis: ⁊ caue ne aliud quā iuspe-
ro tibi loquaris. Iuit igitur cū principi-
bus. Quod cum audisset balac: egrē-
sus est in occursum eius in opido mo-
abitarum quod situm est in extremis
finibus arnon. Dixitq; ad balaam. Mi-
si nuncios ut vocarent te. Cur nō sta-
tim venisti ad me? An quia meredē
adueniū tuū reddere nequeo? Cui ille
respondit. Ecce adsum. Nūquid loqui
potero aliud nisi quod deus posuerit
in ore meo? Pergerunt ergo simul: ⁊
venerunt in urbem que in extremis re-
gni eius finibus erat. Cūq; occidis-
set balac boues et oues: misit ad ba-
laam et principes qui cum eo erant
numera. Mane autem facto dixit
eum ad excelsa baal: et inuitus est ex-
tremam partem populi. XXIII

Dixitq; balaā ad balac. Edifica
michi hic septem aras: et para
totidem vitulos: totidemq; numero a-
rietes. Cūq; fecisset iuxta sermonem
balaam: imposuerunt simul vitulum
et arietem super arā. Dixitq; balaā ad
balac. Sta paulisper iuxta holocaustū
tuū donec vadam si forte occurrat mi-
hi dominus: et quodcūq; imperauer-
it loquar tibi. Cūq; abisset velocior
occurrit illi deus. Locutusq; ad eum ba-
laam septem inquit aras erexi: et im-
posui vitulum et arietē desuper. Dñs
autem posuit verbū in ore eius: et ait.
Reuertere ad balac: ⁊ hec loqueris. Re-
uersus inuenit stantem balac iuxta o-
locaustum suum ⁊ omnes principes
moabitarū: allumptaq; parabola sua
dixit. De aram adduxit me balac rex
moabitarū: de montibus orientis. Ve-
ni inquit et maledic iacob: ⁊ pera et de-
testare israhel. Quomō maledicam:
cui non maledixit deus? Qua ratione
detestor: quē dominus nō detestatur?
De summis silicibus videbo eum: ⁊ de
collibus considerabo illum. Popul⁹
solus habitabit: et inter gēes nō repu-
tabitur. Quis dinumerare potest pul-
uerē iacob: et nosse numerū stirpis israhel?
Moriatur anima mea morte iu-
storum: ⁊ fiant nouissima mea horū
similia. Dixitq; balac ad balaā. Quid
est hoc quod agis? Vt maledicerēs
inimicis meis vocaui te: et en benedi-
cis eis? Cui ille respondit.
Num aliud possum loqui: nisi quod
iusserit dñs? Dixit ergo balac. Veni
mecum in alterum locū: unde parcau
israhel videas ⁊ totum videre nō pos-
sis: inde maledicito ei. Cūq; duxisset
eum in locum sublimem sup verticem
montis phasga: edificauit balaam se-
ptem aras: et imposuit supra vitu-
lo atq; arietē: dixit ad balac. Sta hic
iuxta holocaustum tuū: donec ego ob-
uius pergam. Cui cū dñs occurrisset:
posuisseq; verbū i ore eius ait. Reuer-
tere ad balac: ⁊ hec loqueris ei. Reuer-
sus inuenit eū stantem iuxta holocau-
stum suū: ⁊ principes moabitarū cum
eo. Ad quē balac. Quid inquit locu⁹
est dominus? At ille assumpta para-
bola sua ait. Sta balac et ausculta: au-
di fili sephor. Non est deus quasi ho-
mo ut mentiatur: nec ut filius homi-
nis ut mutet. Dixit ergo et nō faciet:
loquutus est et non implebit? Ad bene-
dicendum adductus sum: benedicio-
nem prohibere non valeo. Non est vo-
lum in iacob: nec videtur simulacrū
in israhel. Dominus deus eius cū eo
est: ⁊ clangor victorie regis in illo. De-
us eduxit illum de egipto: cuius forti-
tudo similis est rinocerotis. Non est
augurium in iacob: nec diuinatio in
israhel. Temporibus suis dicetur iacob
et israhel quid operat⁹ sit deus. Ecce
populus ut leena consurget: et quasi
leo erigetur. Non accubabit donec de-
uoret predam: et occisoq; sanguinem
bibat. Dixitq; balac ad balaam. Nec
maledicas ei nec benedicas. At ille.
Nōne aiebam tibi: q̄ quicquid michi
deus imperaret hoc faceres? Et ait ba-
lac ad eum. Veni et ducam te ad ali-
um locum: si forte placeat deo ut inde
maledicas eis. Cūq; duxisset eū super
verticem montis phogor: qui respicit
solitudinē: dixit ei balaā. Edifica mi-
hi hic septē aras: ⁊ para totidē vitulos:
totidemq; numero arietes. Fecit balac
ut balaā dixerat: imposuitq; vitulos
et arietes q̄ singulas aras. XXIIII

Cumq; vidisset balaā quod pla-
ceret domino ut benediceret isra-
heli: nequaq; abiit ut ante pergebat
ut augurium quereret. sed dirigens
contra deserti vultum suū: ⁊ eleuans

oculos vidit israhel in mansionibus commorantem per tribus suas: et irruente
in se spiritu dei assumpta parabola ait. Dixit balaam filius beor: dixit homo
cui obturatus est oculus: dixit auditor
sermonum dei qui visionem omnipotentis
intuitus est: qui cadit et sic aperiuntur
oculi eius. Quam pulcra tabernacula
tua iacob et tentoria tua israhel: ut val-
les nemorose. ut horti iuxta fluvios
irrigui: ut tabernacula que fixit dns:
quasi cedri prope aquas. Fluet aqua
de situla eius: et semen illius erit in aquas
multas. Tollet prope agag rex eius: et
auferetur regnum illius. Deus eduxit il-
lum de egipto: unius cornicudo similis
est rinocerotis. Devorabit gentes hos-
tes illius: ossaque eorum confringent: et
perforabunt sagittis. Accubans dormi-
vit ut leo: et quasi leena quam suscitare
nullus audebit. Qui benedixerit tibi
erit ipse benedictus: qui maledixerit in
maledictione reputabitur. Iratusque ba-
lac contra balaam: complosis manibus
ait. Ad maledicendum inimicis meis
vocavi te: quibus ecce iam tertio bene-
dixisti. Revertere ad locum tuum. Decre-
veram quidem magnifice honorare te:
sed dominus prohibuit te honore dispo-
sito. Responsit balaam ad balac. Nonne
nuncios tuos quos misisti ad me
dixi: si dederit michi balac plenam do-
mum suam argento et auro: non poterit
preterire sermonem dei mei: ut vel
boni quid vel mali proferam ex corde
meo: sed quicquid dns dixerit: hoc lo-
quar? Verumtamen properans ad pro-
prium: dabo consilium: quid ipse populus
huic populo facere extremo reporet. Sum-
pta igitur parabola: rursum ait. Dixit
balaam filius beor: dixit homo cuius
obturatus est oculus: dixit auditor
sermonum dei: qui novit doctrinam altissi-
mi: et visiones omnipotentis vidit: qui
cadens apertos habet oculos. Video
eum sed non modo: intueor eum: sed
non prope. Orietur stella ex iacob: et
consurget virga de israhel: et percutiet du-
ces moab: vastabitque omnes filios
seth: et erit possessio sedis sue. Here-
ditas seir cedet inimicis suis: israhel
vero fortiter agit. De iacob erit qui do-
minetur: et predet reliquias civitatis.
Cumque vidisset amalech: assumens pa-
rabolam ait. Principium gentium amale-
ch: cuius extrema perdentur. Vidit et
cinaeum: et assumpta parabola ait. Ro-
bustum quidem est habitaculum tuum: sed
si in petra posueris nidum tuum: et fueris
redactus de stirpe cin quam diu prosa per-
manebit? Assur enim capiet te. Assum-
ptaque parabola: iterum locutus est. Heu
quis victurus est: quando ista facient deus?
Venient et ceteris de ytalia: superabunt
assirios: vastabuntque hebreos: et ad
extremum etiam ipsi peribunt. Surgensque ba-
laam et reversus est in locum suum: balac et
via qua venerat redijt. XXV

Morabatur autem israel in
sethim: et fornicatus est populus cum
filiabus moab: que vocaverunt eos ad
sacrificia sua. At illi comedebant: et ad-
orabant deos earum. Initiatusque est
israhel beelfegor. Et iratus dominus
ait ad moysen. Tolle cunctos principes
populi: et suspende eos contra solem in
patibulis: ut avertatur furor meus ab
israel. Dixitque moyses ad iudices israhel.
Occidat unusquisque proximos suos
qui iuncti sunt beelfegor. Ecce unus
de filijs israhel introivit coram fratri-
bus suis ad foedum madianitidem ad-
venit moysi et omni turbe filiorum
israhel: qui flebant ante fores tabernaculi.

Quod cum vidisset finees filius eleazari
filij aaron sacerdotis: surrexit de me-
dio multitudinis: et arripto pugione
ingressus est post virum israhelitem in
lupanar: et perfodit ambos simul viri
scilicet et mulieris in locis genitalibus.
Cessavitque plaga a filijs israel: et occisi
sunt viginti quatuor milia hominum. Di-
xitque dns ad moysen. Finees filius eleaza-
ri filij aaron sacerdotis avertit iram
meam a filijs israhel: quia zelo meo
commotus est contra eos: ut non ipse
deleret filios israhel in zelo meo. Idcirco
loquere ad eos. Ecce do ei pacem fedus
meum: erit tam ipsi quam semini eius pa-
cem sacerdotij sempiternum: quia zela-
tus est pro deo suo: et expiavit scelus fi-
liorum israhel. Erat autem nomen viri
israhelite qui occisus est cum madianitide
zambri filius salu: dux de cognatione
et tribu symeonis. Porro mulier madi-
anitis que pariter interfecta est vocabat-
ur cozbi: filia sur principis nobilis-
simi madianitarum. Locutusque est do-
minus ad moysen dicens. Hostes vos
sentiant madianite: et percute eos: qua
et ipsi hostiliter egerunt contra vos:
et decepere insidijs per dolum phe-
gor et cozbi filiam ducis madian so-
rorem suam: que percussa est in die pla-
gae pro sacrilegio phegor. XXVI

Postquam ergo sanguis effusus est:
dixit dns ad moysen et eleazar
filium aaron sacerdotem. Numerate
omnem summam filiorum israhel a viginti
annis et supra per domos et cognatio-
nes suas: cunctos qui possunt ad
bella procedere. Locutusque sunt itaque moy-
ses et eleazar sacerdos in campestribus
moab iuxta iordanem contra iericho
ad eos qui erant a viginti annis et
supra sicut dns imperarat: quos e terra
egipti eduxerat. Fuerunt autem de ruben
primogenito israhel. Filijque ruben: henoch
a quo familia henochitarum: et phallu a quo familia phal-
luitarum: et eslom a quo familia eslo-
nitarum: et charmi a quo familia char-
mitarum. Hee sunt familie de stirpe
ruben: quarum numerus inventus est
quadraginta tria milia et septingenti
triginta. Filius phallu eliab: hujus filij
nemuhel et dathan et abiron. Isti sunt
dathan et abiron principes populi: qui
restiterunt contra moysen et aaron in se-
dicione chore: quando adversus dnm
rebellaverunt: et aperiens terra os suum de-
voravit chore morientibus pluribus:
quando combussit ignis ducentos
quinquaginta viros. Et factum est grande
miraculum: ut chore perirent filij
illi nec perierint. Filij symeon per cognatio-
nes suas: nemuhel ab hoc familia
nemuhelitarum: iamin ab hoc familia
iaminitarum: iachin ab hoc familia
iachinitarum: zare. ab hoc familia
zaritarum: saul ab hoc familia saul-
litarum. Hee sunt familie de stirpe sy-
meon: quarum omnis numerus fuit vi-
ginti duo milia ducentos. Filij gad
per cognationes suas: sephon ab hoc
familia sephonitarum: aggi ab hoc fa-
milia aggitarum: suni ab hoc familia su-
nitarum: ozni ab hoc familia ozni-
tarum: heri ab hoc familia heritarum:
arod a quo familia aroditarum: ari-
hel ab hoc familia arihelitarum. Hee
sunt familie gad: quarum omnis nu-
merus fuit quadraginta milia quingen-
torum. Filij iuda her et onan: qui am-
bo mortui sunt in terra chanaan. Fu-
erunque filij iuda per cognationes suas:
sela a quo familia selaitarum: phares
a quo familia pharesitarum: zare a
quo familia zaritarum. Porro filijs

volantiũ: atq; reptiliũ que moventur
in terra: sive piscium qui sub terra mo-
rantur in aquis: ne forte oculis eleva-
tis ad celum videas solem ⁊ lunam ⁊
omnia astra celi: ⁊ errore decepus ado-
res ea et colas: que creavit dũs deus
tuus in ministeriũ cũctis gentib̃ que
sub celo sunt. Vos aũt tulit dũs et e-
duxit de fornace ferrea egipti: ut habe-
re populum hereditariũ sicut ē in pre-
senti die. Iraculq; est dũs contra me
propter sermones vestros et iuravit
ut non transirem iordanem: nec inge-
dere terram optimã quã dabitus est
vobis. Ecce morior in hac humo: nõ
transibo iordanem vos transibitis et
possidebitis terram egregiã. Cave ne
quando obliviscaris pacti dñi dei tui
quod pepigit tecum: et facias ubi sul-
ptam similitudinẽ eorũ que fieri dũs
prohibuit. Quia dũs deꝰ tuus ignis
consumens est: deus emulator. Si ge-
neritis filios ac nepotes: et morati
fueritis ī terra: decepti; feceritis vobis
aliquã similitudinẽ patrantes malũ
coram dño deo vestro: ut eum ad ira-
cundiã provoceris: testes invoco ho-
die celum et terram: cito peribitis vos
de terra: quã transito iordane pos-
sidebitis. Non fabricabitis ī ea lon-
go tempore: sed delebit vos dominus
atq; disperget in omnes gentes: ⁊ rema-
nebitis pauci ī nationibus ad quas
vos ducturus est dũs. Ibiq; servietis
dijs ꝗ hominũ manu fabricati sunt.
ligno et lapidi qui nõ vident: nec au-
diunt non comedit nõ odorant. Ci-
q; quesieris ibi dñm deũ tuũ invenies
eum: si tamen toto corde quesieris: et
tota tribulatione anime tue postq; et
invenerint omnia que ꝑdicta sunt. Ul-
timo aũt tempore revertetis ad do-
minum deũ tuũ et audies vocem eius:
quia deus misericors dũs deus tuus
est. Non deseret te nec omnino de-
bit: neq; obliviscetur pacti ī quo iura-
vit patribus tuis. Interroga de diebus
antiquis ꝗ fuerunt ante te: ex die qu
creavit deus hominem super terram a
summo celi usq; ad summum eius: si
facta est aliquando huiusmodi vel
aut unquã audiuit ꝗs
vocem dũi loquẽtis de medio ignis
sicut tu audisti ⁊ vixisti: si fecit deus ut
ingederet ⁊ tolleret sibi gentẽ de medio
nationũ ꝗ temptationes signa atq;
prodigia ꝗ pugnã ⁊ robustam manu
extenso;q; brachium ⁊ horribiles visiõ-
nes: iuxta omnia que fecit pro nobis
dũs deus noster in egipto videntibus
oculis tuis: ut scires quoniã dũs ipse
est deus: ⁊ non ē alius preter eum. De
celo te fecit audire vocem suam ut do-
cere te: ⁊ in terra ostendit tibi ignẽ suũ
maximum: et audisti verba illius de
medio ignis quia dilexit patres tuos
et elegit semen eorꝰ post eos. Eduxit
te ꝑdens in virtute sua magna ꝗ e-
gipto ut deleret nationes maximas ⁊
fortiores te in introitu tuo: ⁊ introdu-
cere te daretq; tibi terrã eaꝰ in possessi-
onem: sicut cernis in presenti die. Sci-
to ergo hodie ⁊ cogitato in corde tuo
quod dũs ipse est deus in celo sursum
et in terra deorsum: ⁊ nõ sit alius. Cu-
stodi precepta eius atq; mãdata que
ego ꝓpio tibi ut bene sit tibi ⁊ filijs

tuis post te: et permanegas multo tem-
pore super terram quã dũs deus tuus
dabitus est tibi. Tunc separavit moy-
ses tres civitates trans iordanem ad o-
rientalem plagam ut confugiat ad
eas qui occidit volens proximũ suũ
nec fuerit sibi inimicus ante vnũ et al-
terum diẽ ⁊ ad harum aliquã urbium
possit evadere: bolsen in solitudine que
sita est in terra campestri de tribu ruben:
et ramoth in galaad que est in tribu
gad: ⁊ golam in balan que est ī tribu
manasse. Ista est lex quã proposuit
moyses coram filijs israhel: ⁊ hec testi-
monia et ceremonie atq; iudicia que
locutus est ad filios israhel. quando
egressi sunt de egipto trans iordanem
in valle circa phanum phogor ī terra
seon regis amoreorꝝ qui habitavit ī eseb-
bon quẽ occidit moyses. Filij quoq;
israhel egressi ex egipto possederunt ter-
ram eius et terrã og regis basan duo-
num regũ amoreorꝝ qui erant trans
iordanem ad solis ortũ ab aroer que
sita ē iuxta riparum torrentis arnon usq;
ad montẽ sanir ꝗ est ⁊ hermon omnẽ
planiciem trans iordanem ad orienta-
lem plagã usq; ad mare solitudinis
⁊ usq; ad radices montis phasga.

Vocavitq; moyses omnẽ israhel:
et dixit ad eos. Audi israhel ce-
remonias atq; iudicia: q̃ ego loquor
in auribus vestris hodie. Discite ea: et
opere complete. Domini deus noster
pepigit nobiscum fedus in oreb. Non
cum patribus nostris iniit pactũ sed no-
biscum: qui in presentiarꝝ sumus et vi-
vimus. Facie ad faciem locutus ē no-
bis in monte de medio ignis. Ego fe-
quester ⁊ medius fui inter dũm et vos
in tempore illo: ut annunciarẽ vobis
verba eius. Timuistis enim ignem: et
nõ ascendistis ī montem. Et ait. Ego
dominus deus tuus: qui eduxi te de
terra egipti de domo seruitutis. Non
habebis deos alienos in cõspectu meo.
Non facies tibi sculpile nec similitu-
dinem omniũ que in celo sunt deliq
et que in terra deorsum: ⁊ que volant
in aquis sub terra. Nõ adorabis ea:
et non coles. Ego enim sum dũs deus
tuus deꝰ emulator reddens iniquitatẽ
patrũ sup̃ filios in terciã et quartam
generationem hijs qui oderunt me: ⁊
faciens misericordiã in multa milia
diligentibus me ⁊ custodientibus prece-
pta mea. Non usurpabis nomen do-
mini dei tui frustra: quia nõ erit impu-
nitus qui sup̃ re vana nomen eius
assumpserit. Observa diem sabbati ut
sanctifices eum: sicut precepit tibi dũs
deus tuus. Sex diebus operabereis: et fa-
cies omnia opera tua. Septimus dies
sabbati est: id est requies dũi dei tui.
Non facies in eo quicq̃ operis tu ⁊ fi-
lius tuus ⁊ filia tua ⁊ ancilla: bos
et asinus et omne iumentũ tuũ et pe-
regrinus qui est intra portas tuas: ut
requiescat servus et ancilla tua sicut
⁊ tu. Memento q ꝗ ipse seruieris in egi-
pto: et eduxerit te inde dominus deus
tuus in manu forti ⁊ brachio extento.
Idcirco precepit tibi ut observes diẽ
sabbati. Iton ora patrem tuũ et matrẽ
sicut precepit tibi dũs deus tuus: ut
longo vivas tempore: et bene sit tibi
in terra quã dũs deus tuus dabitus ē
tibi. Non occides: neq; mechaberis: fur-
tumq; non faciet: nec loquetis cõtra
proximũ tuũ falsum testimonium. Nõ
concupisces uxorem proximi tui: non
domũ non agrum: non servum: non
ancillam: nõ bouem nõ asinũ: et omni
ꝛem ꝗ illius est. Hec verba locus

rit dominus ad omnem multitudinem
vestrā in monte de medio ignis: z nu-
bis: et caliginis voce magna nichil
addens amplius: z scripsit ea i duabus
tabulis lapidis quas tradidit michi.
Vos aūt postq audistis vocē de me-
dio tenebrarū et montem ardere vidi-
stis accessistis ad me oēs principes
tribuū et maiores natu: atq dixistis.
Ecce ostendit nobis dūs deus noster
maiestatē z magnitudinē suā. Vocē
enim eius audiuimus de medio ignis:
et probauimus hodie q loquetur deo
cum homine viuere homo. Cur ergo
moriemur: et deuorabit nos ignis
hic maximus? Si enim audiremus
vltra vocem dūi dei nostri morietur.
Quid est omnis caro ut audiat vocē
dei viuentis qui de medio ignis loqui-
tur sicut nos audiuimus: z possit vi-
uere? Tu magis accede et audi cuncta
que dixerit dūs deus noster ribi: loque-
ris q ad nos: et nos audiemus facie-
mus ea. Quod cum audisset dūs ait
ad me. Audiui vocē verboz pli huius
que locuti sunt tibi. Bene oīa sunt lo-
cuti. Quis det talem eos habere mentē
ut timeāt me et custodiāt vniūsa mā-
data mea i cūctis tempor: ut bene sit eis
et filijs eoz i sempiternū? Vade et dic
eis. Reūtimini i tentoria vra. Tu vero
hic sta mecum: z loquar tibi omnia
mandata mea et ceremonias atq iu-
dicia que docebis eos ut faciant ea in
terra quā dabo illis in possessionem. Cu-
stodite igitur z facite que precepit domi-
nus deus vobis. Non declinabitis
neq ad dexterā neq ad sinistram: sed
per viam quā precepit dominus deus
vester ambulabitis: ut viuatis et be-
ne sit vobis et prorogentur dies vestri
in terra possessionis vestre. vj

Hec sunt precepta et ceremonie atq
iudicia que mandauit dūs de
vestre ut docerem vos z faciatis ea in
terra ad quā transgrediminī possidē-
dam: ut timeas dūm deum tuū z custo-
dias dūia mandata z precepta eius
que ego precipio tibi z filijs ac nepo-
tibus tuis cunctis diebus vite tue: ut pro-
longentur dies tui. Audi israhel z ob-
serua ut facias q̄ precepit tibi dūs et
bene sit tibi z multiplicemīs amplius:
sicut pollicitus ē dūs deus patrū tuoz
tibi terrā lacte et melle manantē. Au-
di israhel. Dominus deus noster de⁹
unus est. Diliges dūm deum tuū ex
toto corde tuo: z ex tota anima tua: et
ex tota fortitudine tua. Eruntq verba
hec que ego precipio tibi hodie in corde
tuo: z narrabis ea filijs tuis z medita-
beris sedens in domo tua z ambulās
in itinere dormiens atq consurgens:
et ligabis ea quasi signum in manu
tua: erūtq z mouebūtur inter oculos
tuos: scribesq ea in limine et hostijs
domus tue. Cumq introduxerit te do-
minus de⁹ tuus i terrā p qua iurauit
patribus tuis abraham ysaac z iacob z
dederit tibi ciuitates magnas et opu-
lentas quas non edificasti: domos ple-
nas cunctarū opū quas nō ipse ad-
struxisti cisternas quas nō effodisti: vineas et
oliueta que non plantasti: z comedis
z saturatus fueris: cauē diligenter
ne obliuiscaris dūi qui eduxit te de ter-
ra egipti: de domo seruitutis. Dūm
deū tuū timebis et illi soli seruies: ac
per nomen illius iurabis. Non ibis
post deos alienos cunctarū gentū q
in circuitu vestro sunt: quoniā deus
emulator dūs deus tuus i medio tui:
ne quando irascatur furor dūi dei tui
ītra te: z auferat te de superficie terre.

Non tentabis dūm deum tuū: sicut
tentasti i loco tentationis. Custo-
di precepta dūi dei tui ac testimonia z
ceremonias quas precipit tibi: z fac q̄d
placitum est et bonū in conspectu dūi
ut bene sit tibi: et ingressus possideas
terram optimam de qua iurauit dūs
patribus tuis ut deleat dūs inimicos
tuos coram te sicut locut⁹ ē. Cū interro-
gauerit te filius tuus cras dicēs quid
sibi voluit testimonia hec z ceremonie
atq iudicia que precipit dūs de⁹ noster
nobis: dices ei. Seruiē eram⁹ pharao-
nis in egipto: z eduxit nos dūs de egi-
pto in manu forti: fecitq signa atq
prodigia magna z pclara in egipto
contra pharaonē z omnē domū illius
in conspectu nostro: et eduxit nos inde
ut introducēs daret terrā sup qua iu-
rauit patribus nrīs. Precepitq nobis
dūs ut faciamus oīnia legitima hec:
et timeamus dūm deū nostrum ut be-
ne sit nobis cunctis diebus vite nō-
stre sicut ē hodie. Erit q̄q nostri misere-
ri cū custodierimus et fecerimus o-
mnia precepta eius coram domino de
nostro sicut mandauit nobis. vij

Quum vero introduxerit te dominus
deus tuus in terrā quā possessu-
rus ingrediēris z eiecerit gentes mul-
tas coram te cheteum et gergeseum et
amorreum chananeū et pherezeum et
eueum et iebuseum septē gentes multo
maioris numeri q̄ tu es z robustiores
te: tradiderit q̄q eas dūs deus tuus tibi:
percutiēsq eas usq ad interneciōnem.
Non inibis cū eis fedus nec misereberis
earū: neq sociabis cū eis cōnubia.
Filiam tuā non dabis filio eius: nec
filiam illius accipies filio tuo: quia
seducet filium tuum ne sequatur me z
ut magis huiusmodi alienis. Ira ferq
furor dūi: et delebit te cito. Quin potī-
us hec facietis eis. Aras eoz subuerti-
te z confringite statuas: lucosq succi-
dite: z sculptilia comburite: quia pplus
sanctus es domino deo tuo. Te elegit
dūs deus tuus: ut sis ei populus pecu-
liaris de cunctis pplis qui sunt sup ter-
ram. Nō quia cūctas gentes numero
vincebatis vobis iunctus ē dominus
et elegit vos cū oīnibus ītis pplis paucī-
ores: sed quia dilexit vos dominus:
z custodiuit iuramentum q̄d iurauit
patribus vestris. Educēsq vos i manu
forti et redemit de domo seruitutis: de
manu pharaonis regis egipti: z scies
quia dūs deus tuus ipse ē deus fortis
et fidelis: custodiens pactū z misericordiam
diligentibus se z hijs qui custodiunt
precepta eius in mille generationes:
et reddens odientibus se statim: ita ut
disperdat eos et ultra nō differat proxi-
mus eis reddens q̄d meruē. Custodi
ergo precepta et ceremonias atq iudi-
cia: que ego mandabo tibi hodie ut
facias. Si postq audieris hec iudicia
custodieris ea et feceris: custodiet te do-
minus deus tuus ibi pactum z misericordiā
quā iurauit patribus tuis et
diliget te z multiplicabit: benedicetq
fructui ventris tui: z fructui terre tue: fru-
mento tuo atq vindemie: oleo et ar-
mentis gregibus ouīū tuarū super ter-
ram: pro qua iurauit patribus tuis
ut daret tē tibi. Benedictus eris inter
omnes ppos. Non erit apud te steri-
lis vtriusq sexus: nam in hominibus
q̄q in gregibus tuis. Auferet dūs a te
omnē languorem: z infirmitates egi-
pti pessimas quas nouisti nō inferet
tibi sed cunctis hostibus tuis. Deuo-
rabis omnes ppos quos dominus
deus tuus daturus ē tibi. Nō parcet

ris oculis tuis: nec tuites dijs eorum: ne
sunt in ruinam tui. Si dixeris i corde
tuo plures sunt gentes iste q̃ ego: quomodo potero delere eas: noli metuere
sed recordare: que fecerit dñs deus tuus
pharaoni et cunctis egiptijs plagas
maximas quas viderunt oculi tui et
signa atq; portenta manuq; robusta
et extentu brachiũ: ut educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper et scarabaeos mittet dñs deus tuus in eos: donec
deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint et latere poterint. Non timebis
eos: quia dñs deus tuus in medio tui
est deus magnus ⁊ terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo
paulatim atq; per partes. Nõ potes
eas delere pariter: ne forte multiplicentur contra te bestie terre. Dabitq; eos
dominus deus tuus in cõspectu tuo:
et interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetq; reges eorum in manus
tuas: ⁊ disperdes nomina eorũ sub celo. Nullus poterit resistere tibi: donec
conteras eos. Sculptilia eorum igne
combures. Nõ concupisces argentũ
et aurũ de quibus facta sunt: neq; assumes ex eis tibi quicq; ne offendas
propterea quia abominatio est dñi
dei tui: ne inferes quicquã ex idolo in
domũ tuã: ne fias anathema sicut et illud est. Quasi spurcitiã detestabis: ⁊ ut
lud inhanatemũ ac sordes abominationi habebis: qa anathema est. VIII

Omne mandatũ q̃ ego precipio
tibi hodie caue diligenter ut facias ut possitis viuere ⁊ multiplicemini: ingressiq; possideatis terram pro
qua iurauit dñs patribus vestris. Et re
cordaberis cunctu iniquitatis per quod adduxit te dñs deus tuus quadraginta
annis ⁊ deseruiuit ut affligeret te atq;
tentaret: et nota fieret que in tuo animo versabantur: utrum custodires
mandata illius an non. Afflixit et pe
nuria: et dedit tibi cibum manna quẖ
ignorabas tu ⁊ patres tui ut ostenderet
tibi q̃ nõ in solo pane viuit homo:
sed in omni verbo q̃ egreditur de ore
domini. Vestimentũ tuũ quo operebaris nequaq; vetustate detertum: et pe
dum non est subditus. En quadragesimus annus est: ut recogites in corde
tuo: quia sicut erudit filiũ suũ homo
sic dñs deus tuus erudiuit te: ut custodias mandata dñi dei tui ⁊ ambules
in viis eius: et timeas eũ. Dñs enim
deus tuus introducet te in terram bonam: terram riuorũ aquarũq; ⁊ fontium: cuius campis ⁊ montibus emanant fluuiorũ abyssi: terram frumenti
hordei ac vinetarũ in qua ficus et mala
granata et oliuera nascuntur: terram
olei ac mellis vbi absq; vlla penuria
comedes panem tuũ et rerum omniũ
abundantia perfuetis: cuius lapides ferrum sunt: et de montibus eius ere
metalla fodiuntur: ut cum comedes
et saciatus fueris benedicas domino
deo tuo pro terra optima quã dedit tibi. Obserua ⁊ caue ne quando obliuiscaris dñi dei tui: ⁊ negligas mandata
eius atq; iudicia ⁊ ceremonias quas
ego precipio tibi hodie: ne postq; comederis et satiatus fueris: domos pulcras
edificaueris ⁊ habitaueris in eis: habueriq; armenta ⁊ greges arietum ⁊ auri
argentiq; ⁊ cuncta que habentur
cor tuũ ⁊ non reminiscaris dominũ dei tui: qui eduxit te de terra egipti
de domo seruitutis ⁊ ducem tuum fuit
solitudine magna atq; terribili ⁊ qua
ctae serpens flatu adurens et scorpio

ac dipsas et nulle omino aque: qui
eduxit tibi de petra durissima et ha
bere te manna in solitudine q̃ nesciebat
patres tui. Et postq; afflixit ac probauit: ad extremũ misereus est tui: ne
dicteres in corde tuo fortitudo mea ⁊ robur
manus mee hec michi omnia pstitit
rant: sed recordare dñi dei tui: q̃ ipse
vtere tibi preberet ut impleret pactũ
suũ sup quo iurauit patribus tuis sicut
presens indicat dies. Si autẽ oblitus
fuerit dñi dei tui ⁊ secutus fueris deos alienos
coluerisq; illos et adorauerit: ecce nũc
dico tibi q̃ omino disperderis. Sicut
gentes q̃s deleuit dominus ꝑ introitu
tuo: ita et vos peribitis si inobedieritis
voci domini dei vestri. IX

Audi israel. Tu transgrediens hodie iordanem ut possideas nationes
maximas et fortiores te ciuitates
in gentes ⁊ ad celũ vsq; muratas:
plebem magnũ atq; sublimem: filios enachim quos ipse vidisti et audisti:
quibus nullus potest ex aduersu resistere. Scies ergo hodie q̃ dñs deus
tuus ipse transibit ante te ignis deuorans atq; cõsumens: qui conterat eos
et deleat atq; disperdat ante faciem tuã
velocius: sicut locutus est tibi. Ne dicas
in corde tuo cũ deleuerit eos dñs deus
tuus in conspectu tuo: propter iusticiam
meam introduxit me dñs ut terram
hanc possiderem: cũ propter impietates
tuas iste delete sint nationes. Neq; e
nim propter iusticias tuas ⁊ equitatem
cordis tui ingrediens ut possideas ter
ras tantas: sed quia ille egerunt impie
nationes hee delete sunt: ⁊ ut complere
verbũ suũ dñs quod sub iuramento
pollicitus est patribus tuis abraham
ysaac et iacob. Scito ergo q̃ nõ ꝑ
iusticias tuas dñs deus tuus dederit
tibi terram hãc optimã ꝑ possessionẽ:
cum durissime ceruis sis ꝑplex. Me
mento ⁊ ne obliuiscaris quomodo ad
iracundiã prouocaueris dñm deũ tuũ
in solitudine: ⁊ ex eo die quo egressus
es de egipto vsq; ad locũ istum: semper
aduersum dñm contendisti. Nã et in
oreb prouocasti eũ: ⁊ iratus delere te
voluit quãdo ascendi in montem ut
acciperem duas tabulas lapideas pactũ
quod pepigit vobiscũ deus. Et perseueraui in monte quadraginta diebus
ac noctibus: panẽ non comedens et a
quam non bibens. Deditq; michi dominus duas tabulas lapideas scrip
tas digito dei: ⁊ continentes omnia
verba: que vobis locutus ꝑ in monte
de medio ignis quãdo conuocatus populus congregatus est. Cũq; transissent quadraginta dies ⁊ totidem noctes dedit
michi dñs duas tabulas lapideas: tabulas fœderis: dixitq; michi. Surge
et descende hinc cito: quia ꝑplex tuus
quẖ eduxisti de egipto deseruerũt velocius viam quã demõstrasti eis: fecerũt
q̃ sibi conflatile. Rursusq; ait dñs
ad me. Cerno q̃ ꝑplex iste durae ceruicis
sit. Dimitte me ut conteram eum: et
deleam nomen eius sub celo: et constituam te supra gentem que hac maior
et fortior sit. Cũq; de monte ardente
descenderem et duas tabulas fœderis
ambo tenerem manu: vidissemq; pe
cassse vos dño deo nõ ⁊ fecisse vobis
vitulum conflatilem ac deseruisse ve
lociter viam eius quã vobis ostendi
rat: proieci tabulas de manibus meis
conteqq; eas in conspectu vestro. Et
prostratus sum sicut prius quadraginta diebus ⁊ noctibus panem nõ comedens ⁊ aquam nõ bibens propter
omnia peccata vestra que gessistis contra

dñm: ⁊ cũ ad iracundiã provocastis.
Limui mẽ indignaciõe ⁊ iram illã:
qua adversum vos cõcitatus delere
vos voluit. Et exaudivit me dñs etiam hac vice. Adversum aaron quoq;
vehementer iratus voluit eum conterere: et pro illo similiter deprecatus
sum. Peccatũ aũt vũm qd fecerastis id
est vitulũ arripiens igne combussi: et
in frusta cõminuens omnino; in pulverem redigens projeci in torrentem qui
de mõte descendit. In incendio quoq;
et in tentatione. ⁊ i sepulcris concupiscentie provocastis dñm: et quãdo
misit vos de radesbarne dicens ascendite et possidete terrã quã dedi vobis:
et contempsistis imperiũ dñi dei vestri
et non credidistis ei: neq; vocem eius
audire voluistis: sed semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi. Et iacui coram dño quadraginta diebus
ac noctibus quibus eũ supplicare deprecabar ne deleret vos ut fuerat comminatus: et oravi dicẽs. Dñe deus ne
disperdas plm tuũ ⁊ hereditatem tuã
quã redemisti in magnitudine tua:
quos eduxisti de egipto in manu forti.
Recordare seruos tuos abraham ysaac ⁊ iacob. Ne aspicias duriciã populi huius ⁊ impietatem atq; peccatum:
ne forte dicãt habitatores terre de qua
eduxisti nos nõ poterat dñs introducere eos: i terrã quã pollicit̃ ẽ eis ⁊ oderat illos: idcirco eduxit ut interficeret
illos i solitudine: q̃ fuit plus tu? ⁊ hereditas tua quos eduxisti i fortitudine
tua magna et in brachio tuo extento.
In tempore illo dixit dñs ad me. Ro
Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt et ascende ad me
in montem: facisq; archam ligneam
et scribam in tabulis verba que fuerũt
in hijs quas antea confregisti: ponesq;
eas in archa. Feci igitur arcam de lignis sethim. Cumq; dolassem duas
tabulas lapideas instar prioris: ascendi in mõtẽ habens eas in manibus.
Scripsitq; in tabulis iuxta id qd prius scripserat verba decem que locut?
ẽ dñs ad vos i mõte de medio ignis
quãdo plus cõgregat? est: et dedit eas
michi. Reversusq; de monte descendi:
et posui tabulas in archam quã fecerã:
que huscusq; ibi sunt sicut michi præcepit dñs. Filij aũt israhel castra moverunt et beroth filiorũ iaacan in mosera ubi aaron mortuus et sepultus ẽ:
pro quo sacerdotio functus est filius
eius eleazar. Inde venerũt i gadgad: de
quo loco pficiscentes castrametati sũt i iectabatha in terra aquarũ atq; torrentũ. Eo
tẽpore separavit tribu levi ut portaret
archam fœderis domini: et stare coram
eo in ministerio ac benedicere i nomine illius usq; in presentẽ diem. Quãobrem nõ habuit levi partem neq; possessionem cũ fratribus suis: quia ipse dñs
possessio eius est: sicut promisit ei dñs
deus tuus. Ego aũt steti in monte sicut prius ẽdragina diebus ac noctibus: exaudivitq; me dñs etiã hac vice: et perdere noluit. Dixitq; michi.
Vade ⁊ procede plm ut ingrediatur
et possideat terram quã iurav patribus
eorum: ut tradam eis. Et nũc israhel
quid dñs deus tuus petit a te: nisi ut
timeas dñm deũ tuũ et ambules in
viis eius et diligas eũ: ac servias domino deo tuo in toto corde tuo ⁊ in to
ta anima tua custodias; mandata
dñi et ceremonias eius quas ego hodie tibi precipio ubi ut bene sit tibi? En dñi
dei tui celum ẽ et cũ celi terra ⁊ omnia
que in ea sunt et tamen patribus tuis

conglutinatus ẽ dñs et amavit eos:
elegitq; semen eorũ post eos id est vos
de cunctis gentibus sicut hodie comprobatur. Circũcidite igit̃ preputiũ cordis
vestri ⁊ cervicem vrã non indurcis
amplius: quia dñs deus vester ipse est
deus deorũ et dñs dñantium dẽ? magnus et potens ⁊ terribilis: qui psonã
nõ accipit nec munera. Facit iudiciũ
pupillo et vidue: amat peregrinum: ⁊
dat ei victum atq; vestitũ. Et vos ergo
amate peregrinos: quia ⁊ ipi fuistis
advene in terra egipti. Dominum de
um tuũ timebis: et ei soli servies. Ipsi
adherebis: iurabis; i nomine illius.
Ipse est laus tua et deus tuus: qui fecit tibi hec magnalia et terribilia que
viderũt oculi tui. In septuaginta animabus descenderant patres tui in egiptum: et ecce nunc multiplicavit te dominus deus tuus sicut astra celi. Ro
Hanc igit̃ dñm deũ tuũ: et observa precepta eius et ceremonias
iudicia atq; mandata omni tempore.
Cognoscite hodie que ignorant filij
vestri: qui non viderũt disciplinã dñi
dei vestri: magnalia eius et robustam
manũ extentumq; brachium: signa ⁊
opera que fecit in medio egipti: pharaoni regi et universe terre eius: omniq; ex
ercitui egiptiorum et equis ac curribus:
quomodo operuerit eos aque maris
rubri: cum vos persequerẽt ⁊ deleverit
eos dñs usq; in presẽtẽ diem: vobisq;
que fecerit in solitudine: donec venireris ad hũc locũ: ⁊ dathan atq; abiron
filijs eliab qui fuit filius ruben: quos
aperto ore suo terra absorbuit cũ domibus ⁊ tabernaculis ⁊ universa substantia eorũ quã habebat in medio israhel:
oculi vestri viderunt omnia opera dñi
magna q̃ fecit: ut custodiatis omnia
mãdata illi? q̃ ego hodie ꝓcipio vobis
et possitis introire ⁊ possidere terram
ad quã ingrediminì: multoq; in ea
vivatis tempore quã sub iuramento
pollicitus est dñs patribus vestris et semini eorũ lacte et melle manantẽ. Terra aũt ad quã ingrediris possidendã
non est sicut terra egipti de qua egressi
sumus: ubi iacto semine i ortorũ morem aque
ducuntur irrigare: sed montuosa est ⁊
campestris: de celo expectans pluvias:
quã dñs deus tuus semper invisit ⁊ oculi illius i ea sunt a principio anni usq;
ad finẽ eiꝰ. Si ergo audieris mãdatis meis que ego hodie ꝓcipio vobis:
ut diligatis dñm deũ vestrũ ⁊ servatis
eum toto corde vrõ et i tota anima vestra: dabit pluviã terre vrẽ temporanea
et serotinam ut colligatis frumentum
et vinũ et oleum feni et agris ad pascendũ iumenta: ut ⁊ ipi comedatis ac
saturemini. Cavete ne forte decipiatur
cor vrũ et recedatis a dño: servientisq;
dijs alienis ⁊ adoretis eos: iratusq;
dñs claudat celum ⁊ pluvie nõ descendant: nec terra det germen suũ: peratisq; velocier de terra optima quã dominus
daturus ẽ vobis. Ponite hec verba
mea in cordibus ⁊ in animis vris:
et suspendite ea ꝓ signo in manibus:
et inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros: ut illa meditentur.
Quando sederis in domo tua et ambulaveris i via ⁊ accubueris atq; surgeris: scribes ea super postes ⁊ januas
domus tue: ut multiplicentur dies tui
et filiorũ tuorũ in terra: quã iuravit dominus patribus tuis: ut daret eis: sicut
imminet celum terre. Si ergo custodieris mãdata que ego precipio vobis:
et feceris ea ut diligatis dñm deum
vestrum et ambuleris i omnibus viis

nius adhærentes et disperdet dñs omnipotens omnes gentes istas ante faciem vestram: et possidebitis eas. Et maiores et fortiores vobis sunt. Omnis locus quem calcaverit pes vester: vester erit. A deserto et Libano et flumine magno eufrate usq; ad mare occidentale: erunt terminus vestri. Nullus stabit contra vos. Terorem vestrum et formidinem dabit dñs deus vester super omnem terram quam calcaturi estis: sicut locutus est vobis. Ecce propono in conspectu vestro hodie benedictionem et maledictionem: benedictionem si obedieritis mandatis dñi dei vestri quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem si non obedieritis mandatis dñi dei vestri. sed si recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis: et ambulaveritis post deos alienos quos ignoratis. Cum introduxerit te dñs deus tuus in terram ad quam pergis habitandam: pones benedictionem super montem garizim: maledictionem super montem hebal: qui sunt trans iordanem post viam ubi pergit ad solis occasum: in terra chananei qui habitat in campestribus contra galgalam quæ est iuxta vallem terebinthi: iuxta aquam pauli. Vos autem transibitis iordanem ut possideatis terram quam dñs deus vester dabit vobis: et habeatis ac possideatis illam. Videte ergo ut impleatis ceremonias atq; iudicia quæ ego hodie pono in aspectu vestro. xv

Hæc sunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis in terra quam dñs deus patrum vestrorum daturus est tibi: ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris. Subvertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis deos suos: super montes excelsos et colles et subter omne lignum frondosum. Dissipate aras eorum et confringite statuas: lucos igne comburite et idola comminuite: disperdite nomina eorum de locis illis. Non faciet ita dño deo vestro: sed ad locum quem elegerit dñs deus vester de cunctis tribubus vestris ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo venietis atq; offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras: decimas et primicias manuum vestarum: et vota atq; donaria primogenita boum et ouium: et comedetis ibi in conspectu domini dei vestri: ac letabimini in cunctis ad quæ miseritis manum vos et domus vestre in quibus benedixit vobis dñs deus vester. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie: singuli quod sibi rectum videtur. Nec enim usq; in presens tempus venistis ad requiem et possessionem quam dñs deus vester daturus est vobis. Transibitis iordanem et habitabitis in terra quam dñs deus vester dabit vobis: et requiescere a cunctis hostibus circumquaq; adversantibus illo tempore habitetis in loco quem elegerit dominus deus vester: ut sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio conferetis: holocausta et hostias ac decimas et primicias manuum vestarum et quicquid præpotum est in muneribus quæ voveritis dño. Ibi epulabimini coram dño deo vestro vos et filij et filie vestre: famuli et famule: atq; levites qui in vestris urbibus commorat. Nec enim habet aliam partem et possessionem inter vos. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in eo quem elegerit dñs in una tribu tuarum offeres hostias et facies quicquid præcipio tibi. Sin autem comedere volueris et te esus carnium delectaverit: occide et comede iuxta benedictionem domini dei tui quam dedit tibi in urbibus tuis: sive immundum

fuerit hoc est maculatum et debile: sive mundum hoc est integrum et sine macula quod offerri licet sicut capream et cervum comedes: absq; eiusdem sanguinis quem fundes quasi aquam effundes. Non potes comedere in oppidis tuis decimam frumenti et vini et olei tui: primogenita armentorum et pecorum et omnia quæ voveris et spontee offerre volueris et primicias manuum tuarum: sed coram dño deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dñs deus tuus: tu et filius tuus et filia et bovis et famula atq; levites qui manet in urbibus tuis: et letaberis et refocieris coram dño deo tuo in cunctis ad quæ egrediris manum tuam. Cave ne derelinquas leuitem in omni tempore quo vacaris in terra. Quando dilataverit dñs deus tuus terminos tuos sicut locutus est tibi et voluerit vesci carnibus quas desiderat anima tua: locus autem quem elegerit dñs deus tuus ut sit nomen eius ibi si procul fuerit occides de armentis et pecoribus quæ habueris sicut præcepi tibi: comedes in oppidis tuis ut tibi placet. Sicut comedit capream et cervum ita vescieris eis: et mundus et immundus in communi utentur: hoc solum cave ne sanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima est: idcirco non debes animam comedere cum carnibus: sed super terram fundes quasi aquam: ut bene sit tibi et filijs tuis post te cum feceris quod placet in conspectu domini. Que autem sanctificaveris et voveris dño tolles et venies ad locum quem elegerit dñs: et offeres oblationes tuas carnem et sanguinem super altare dñi dei tui. Sanguinem hostiarum fundes super altare: carnibus autem ipse vescieris. Obtempera et audi omnia quæ ego præcipio tibi ut bene sit tibi et filijs tuis post te in sempiternum: cum feceris quod bonum est et placitum in conspectu dñi dei tui. Quando disperdiderit dñs deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingrediens possidendas et possederis eas atq; habitaveris in terra earum: cave ne imitere eas post quam fecerint introitum subverte: et requiras ceremonias earum dicens. Sicut coluerunt gentes istæ deos suos: ita et ego colam. Non facies similiter dño deo tuo. Omnes enim abominationes quas aversatur dñs fecerunt diis suis offerentes filios et filias: et comburentes eas igni. Non præpio tibi hoc tantum faciat dño: nec addas quicquam nec minuas.

Si surrexerit in medio tui xvi prophetes aut qui somnium vidisse se dicat et predixerit signum atq; portentum et euenerit quod locutus est et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos quos ignoras et seruiamus eis: non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos dñs deus vester: ut palam fiat utrum diligatis eum an non in toto corde et in tota anima vestra. Dominum deum vestrum sequimini et ipsum timete: et mandata illius custodite: et audite vocem eius. Ipsi servietis: et ipsi adherebitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur quia locutus est ut vos averteret a domino deo vestro qui eduxit vos de terra egypti et redemit vos de domo seruitutis: ut errare te faceret de via quam tibi præcipit dominus deus tuus: et auferes malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tue aut filius tuus vel filia sive uxor que est in sinu tuo aut amicus quem diligis ut anima tua clam dicens: eamus et seruiamus diis alienis quos ignoras tu et patres tui cunctis circumquaq; gentium

que iuxta uel procul fuit ab initio usq;
ad finem terre : non acquiescas ei nec
audias neq; parcat ei oculus tuus: ut
miserearis et occultes eum: sed statim
interficies. Sit primus manus tua super
eum: et post ea omnis populus mittat manum.
Lapidibus obruens necabitur: quia voluit te abstrahere a domino deo tuo qui
eduxit te de terra egipti de domo seruitutis: ut omnis israhel audiens timeat: et nequaquam ultra faciat quippiam huiusmodi rei similem. Si audieris in una urbium tuarum quas dominus deus tuus dabit
tibi ad habitandum dicentes aliquos egressi sunt filij belial de medio tui et auerterunt habitatores urbis sue atq;
dixerunt: eamus et seruiamus diis alienis quos ignoratis: quere solicite
et diligenter res veritate perspecta si inuenieris certum esse quod dicitur: et abominationem hanc opere perpetratam: statim percutiens habitatores urbis illius
in ore gladij: et delebis eam: omniaq;
que in illa sunt usq; ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius: et cum ipsa
ciuitate succendes: ita ut uniuersa consumas domino deo tuo: et sit tumulus
sempiternus. Non edificabitur amplius: et
non adhaerebit de illo anathemate quicquam manu tua: ut auertat dominus ab ira
furoris sui: et misereatur tui: multiplicet
te sicut iurauit patribus tuis quando
audieris vocem domini dei tui: custodiens
omnia precepta eius que ego precipio
tibi hodie: ut facias quod placitum
est in conspectu domini dei tui. XIIII

Filij estote domini dei vestri. Non vos
incideris: nec facietis calaumum
inter oculos vestros pro mortuo: quia populus sanctus es domino
deo tuo: et te elegit ut sis ei in peculiarem de cunctis gentibus que sunt
super terram. Ne comedatis quae immunda sunt. Hoc est animal quod comedere
deberis: bouem et ouem et capram cervum et capream: bubalum tragelaphum
pigargum origen camelopardulum.
Omne animal quod in duas partes findit ungulam et ruminat comedetis:
de hijs autem que ruminant et ungulam non findunt hec comedere non debetis:
camelum leporem orogallum. Quia
ruminant et non diuidunt ungulam:
munda erunt vobis. Sus quoque quia
diuidit ungulam et non ruminat: immunda erit. Carnibus eorum non vescemini:
et cadauera non tangetis. Hec comedetis ex omnibus quae morantur in aquis.
Que habent pennulas et squamas
comedite: que absque pennulis et squamis sunt ne comedatis quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas ne comedatis: aquilam scilicet et gryphem et alietum ixion et
vulturem ac milium iuxta genus suum
et omne corum genus: et struthionem
ac nycticoram et larum atque accipitrem iuxta
genus suum: herodium ac cygnum et ibim
ac mergulum porphyrionem et nycticoracem
onocrotalum et caradrum singula in genere suo: upupam quoque et vespertilionem: et omne quod reptat et pennulas
habet immundum erit et non comedetur.
Omne quod mundum est comedite. Quicquid autem morientium est: ne vescaminini
ex eo. Peregrino qui intra portas tuas
est da ut comedat aut vende ei quia tu
populus sanctus domini dei tui es. Non coques
hedum in lacte matris sue. Decimam
partem separabis de cunctis fructibus
tuis qui nascuntur in terra per annos singulos: et comedes in conspectu domini dei
tui in loco quem elegerit ut in eo nomen
illius inuocetur: decimam frumenti

tui et vini et olei et primogenita de armentis et ouibus tuis: ut discas timere do-
minum deum tuum omni tempore. Cum autem
longior fuerit via et locus quem elegerit
dominus deus tuus: nbiq; benedixerit: nec
potens ad eum hec cuncta portare: vendes omnia et in pecunia redigens portabis
eam manu tua et proficiscens ad locum
quem elegerit dominus deus tuus: et cum eo
redde pecunia quicquid tibi placuerit
sive ex armentis sive ex ouibus. Vinum
quoque et siceram omne quod desiderat
anima tua: et comedetis coram domino deo
tuo: et epulabris tu et domus tua et
leuita qui intra portas tuas est. Caue
ne derelinquas eum: quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno
tertio separabis aliam decimam ex omnibus
que nascuntur tibi eo tempore et pones
intra ianuas tuas: venietq; leuites qui
aliam non habet partem nec possessionem
tecum et peregrinus ac pupillus et vi-
dua qui intra portas tuas sunt et com-
edent et saturabuntur: ut benedicat tibi
dominus deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuarum quae feceris. XV

Septimo anno facies remissionem:
que hoc ordine celebrabitur. Cui
debetur aliquid ab amico uel proximo
ac fratre suo repetere non poterit: quia
annus remissionis est domini. A peregrino
et aduena exiges: ciuem et propinquum
repetendi non habes potestatem. Et omni-
no indigens et mendicus non erit inter
vos: ut benedicat tibi dominus deus tuus
in terra qua traditurus est tibi possessionem: si tamen audieris vocem domini
dei tui et custodieris omnia que iussit
te ego hodie precipio tibi: benedicet
tibi ut pollicitus est. Fenerabis gentibus
multis: ipse a nullo accipies mutuum.
Dominabitur nationibus plurimis:
et tui nemo dominabitur. Si vnus de
fratribus tuis qui morantur intra por-
tas ciuitatis tue in terra quam dominus de-
tuus daturus est tibi ad paupertatem
deuenerit: non obdurabis cor tuum: nec
contrahes manum sed aperies eam pau-
peri: et dabis mutuum quod ei indigere
perspexeris. Caue ne forte subrepat ti-
bi impia cogitatio et dicas in corde tuo
appropinquat septimus annus remissi-
onis: et auertas oculos a pauperte frat-
re tuo: nolens ei quod postulat mutuum commodare ne clamet contra
te ad dominum: fiat tibi in peccatum: sed
dabis ei. Nec ages quippiam callide
in eius necessitatibus subleuandis: ut
benedicat tibi dominus deus tuus in
omni tempore et in cunctis ad quam manum miseris. Non deerunt pauperes
in terra habitationis tue: idcirco ego
precipio tibi: ut aperies manum fratri
tuo egeno et pauperi: qui tecum versatur
in terra. Cum tibi venditus fuerit frater
tuus hebreus aut hebrea et sex annis seruierit tibi: in septimo anno dimittes
eum liberum. Et quem liberatum donaueris
nequaquam vacuum abire patieris: sed da-
bis viaticum de gregibus et de area et torculari tuo quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quod et ipse seruieris
in terra egipti et liberauerit te dominus de-
tuus: et idcirco ego nunc precipio tibi.
Si autem dixerit nolo egredi eo quod dilig-
at te et domum tuam et bene sibi apud
te esse senserit: assumes subulam et perforabis aurem eius in ianua domus
tue et erit tibi usque in seculum. Ancille
quoque similiter facies. Non auertes
ab eis oculos tuos quando dimiseris
eos liberos: qui iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi: ut be-
nedicat tibi dominus deus tuus in cunctis opibus

que agis. De pmogenitis q̃ nascunt̃
in armentis et ouibus tuis quicquid
est sexus masculini sanctificabis dño
deo tuo. Non operaberis in pmogeni-
to bouis: et nõ tondebis primogenita
ouium. In conspectu dñi dei tui comes-
des eã p ãnos singulos in loco quẽ
elegerit dñs tu ⁊ domus tua. Si autẽ
habuerit maculam ⁊ uel claudũ fuerit
uel cecum: aut in aliqua parte deforme
uel debile nõ immolabit dño deo tuo:
sed intra portas urbis tue comedes il-
lud. Tã mũdus q̃ immũdus similit̃
uelut̃ ceruũ q̃li capreã ⁊ cetera. Hoc so-
lũ obseruabis ut sãguinẽ eorũ nõ comes-
des: sed effundes in terã quasi aquã.

Obserua mensem nouarũ. XVI
frugum et ueni primũ uoris
ut facias phase dño deo tuo: quomã
in isto mense eduxit te dñs deus tuus
de egipto nocte. Immolabisq; phase
domino deo tuo de ouibus ⁊ de bubs
in loco quẽ elegerit dñs de⁹ tu⁹: ut ha-
bitet nomẽ eius ibi. Nõ comedes i eo
panem fermentatũ. Septẽ diebs comes-
des absq; fermẽto afflictionis panẽ:
quã in pauore egressus es de egipto: ut
memineris diei egressionis tue de egi-
pto omnibus diebs uite tue. Nõ apa-
rebit fermentatũ in omnibus terminis
tuis septem diebs: ⁊ nõ remanebit de
carnibus eius q̃ immolatũ est uespere.
in die primo mane. Non poteris im-
molare phase in qualibet urbiũ tuarũ
quas dño deus tuus daturus est tibi:
sed in loco quẽ elegerit dominus de⁹
tuus ut habitet nomen eius ibi. Im-
molabis phase uespere ad solis occa-
sum quãdo egressus es de egipto: ⁊ co-
ques ⁊ comedes i loco quẽ elegerit dñs
de⁹ tu⁹: manecq; surgens uades i tabe-
nacula tua. Sex diebs comedes azima:
et in die septima quia collecta est dñi
dei tui nõ facies opus. Septem ebdo-
madas numerabis tibi ab ea die qua
falcem i segetem miseris et celebrabis
diem festũ ebdomadarũ domino deo
tuo. oblationẽ spontaneã manu tua
quã offeres iuxta benedictionẽ dñi dei
tui: ⁊ epulabris coã dño deo tuo tu ⁊
filius tuus et filia tua ⁊ seruus tuus ⁊
ancilla tua et leuites qui ẽ intra portas
tuas: ⁊ aduena ac pupillus et uidua
qui morant̃ uobisũ i loco quẽ elege-
rit dominus deus tuus ut habitet no-
men eius ibi: et recordabris quoniã
seruus fuerus i egipto: custodietisq; ac
facies que pcepta sunt. Solemnitas
quoq; tabernaculorũ celebrabis pe se-
ptem dies quando collegeris de area
et uinclari fruges tuas: ⁊ epulabris
in festiuitate tua tu et filius tuus ⁊ filia
⁊ seruus tuus ⁊ ancilla: leuites quoq;
et aduena ⁊ pupill⁹ et uidua q̃ intra
portas tuas sunt. Septem diebus do-
mino deo tuo festa celebrabis in loco
quẽ elegerit dominus: benedicetq; tibi
dominus deus tuus i cũctis frugib
tuis et i omni opere manũ tuarũ: erisq;
in letitia. Tribs uicibs q̃ annũ apare-
bit omne masculinũ tuũ in aspectu dñi
dei tui i loco quẽ elegerit: i solemnitate a-
zimorũ ⁊ i solemnitate ebdomadarũ: et in
solemnitate tabernaculorũ. Nõ apare-
bit ante dominũ uacuus: sed offerat
unusquisq; secũdũ q̃ habuerit iuxta be-
nedictionẽ domini dei sui quã dedit
ei. Iudices et magistros ostitues in o-
mnibs portis tuis quas dño de⁹ tuus
dederit tibi p singulas tribus tuas ut
iudicent populũ iusto iudicio: nec in
alterã partem declinent. Non accipies
personam nec munera: quia munera
excecant oculos sapientũ: et mutant
uerba iustorũ. Iuste quod iustum est
persequeris: ut uiuas ⁊ possideas terã
quã dominus deus tuus dederit tibi.
Non plantabis lucum: et omnẽ ar-
borem iuxta altare domini dei tui: nec
facies ubi atq; constitues statuã: quẽ
odit dominus deus tuus. XVII

Non immolabis dño deo tuo bo-
uem et ouem i quo est macula
aut quippiã uicij: quia abominatio
est dño deo tuo. Cumq; reperti fuerint
apud te intra unã portarũ tuarũ quas
dño deus tuus dabit tibi uir aut mu-
lier qui faciant malum i conspectu do-
mini dei tui ⁊ transgrediãtur pactum
illius: ut uadant et seruiant dijs alie-
nis ⁊ adorent eos sol ⁊ luna ⁊ omnẽ
militiam cerũ q̃ non precepi ⁊ hoc tibi
fuerit nũciatũ: audieriq; inquisieris
diligenter: et ueru esse repereris: et abo-
minatio facta ẽ in isrl: educes uirũ ac
mulierẽ q̃ rem sceleratissimã perpetrarũt
ad portas ciuitatis tue: et lapidibus
obruentur. In ore duoꝝ aut trium te-
stium peribit q̃ interficiẽ. Manu oci-
datur: uno cõtra se dicente testimoniũ.
Manus testiũ prima interficiet eum:
et manus reliqui pplꝰ extremus mittet̃
ut auferas malũ de medio tui. Si dif-
ficile ⁊ ambiguum apud te iudicium
esse ꝓspexeris inter sãguinẽ ⁊ sãguinẽ
causã ⁊ causã: lepra ⁊ nõ lepra: ⁊ iudi-
cii intra portas tuas uideris uerba uari-
ari surge et ascende ad locũ quẽ elege-
rit dñs deus tuus: ueniesq; ad sacerdo-
tes leuitici generis ⁊ ad iudicẽ q̃ fuerit
illo tempore: quereisq; ab eis: q̃ indica-
bũt tibi iudicij ueritatẽ: ⁊ facies quod
utq; dixerint: q̃ presunt loco quẽ ele-
gerit dñs ⁊ docuerit te iuxta legem eius:
sequeris sententiã eorũ: nec declinabis
ad dexteram utq; ad sinistrã. Qui aũt
superbierit nolens obedire sacerdotis
imperio qui eo tempore ministrat dño
deo tuo et decreto iudicis: morietur ho-
mo ille: ⁊ auferes malũ de isrl: cũctusq;
pplꝰ audiens timebit ut nullus deinc
eps intumescat superbia. Cũ ingressus
fueris terã quã dñs deus tuus dabit
tibi: ⁊ possederis eã habitaueriq; i illa
et dixeris constituã super me regẽ sicut
habent cũctes q̃ circuitu nationes: cũ
constituere quẽ dñs deus tuus elegerit
de numero fratrũ tuorũ. Non poteris
alterũ genere ꝓximũ regẽ facere: qui
non sit frater tuus. Cumq; fuerit cõsti-
tutus: nõ multiplicabit sibi equos nec
reducet ꝑplm in egipũ equitatũ: nume-
ro subleuatus: preterea cũ dñs pcepe-
rit uobis ut nequaq; ampliꝰ p eandẽ
viã reuertamini. Non habebit uxores
plurimas q̃ illiciãt animũ eius: necq;
argẽti ⁊ auri immensa pondera. Posti-
q̃ aũt sederit i solio regni sui describet
sibi deuteronomiũ legis huius i uolu-
mine: accipiẽs exemplar a sacerdotib
leuitice tribus ⁊ habebit secum: legetq;
illud omnibus diebs uite sue ut discat
timere dñm dũ suũ: et custodire uerba
et ceremonias eius q̃ in lege pcepta
sũt. Nec eleuet̃ cor eꝰ i superbiã sup fra-
tres suos: necq; declinet in partẽ dexterã uel
sinistrã: ut lõgo tempore regnet ipse ⁊
filius eius super israhel. XVIII

Non habebunt sacerdotes ⁊ leuite
et omnes qui de eadem tribu sunt
partem ⁊ hereditatẽ cũ reliquo israhel:
quia sacrificia dñi ⁊ oblationes eius
comedent. Et nichil aliud accipiẽt de
possessione fratrũ suorũ. Dñs enim ipse ẽ
hereditas eorũ: sicut locutus est illis. Hoc
erit iudicium sacerdotũ a pplo ⁊ ab hijs
q̃ offerũt victimas: siue bouẽ siue quẽ
immolauerit debunt sacerdotũ armũ

ac ventriculū: primitias frumenti vini
et olei ⁊ lanas parē et ouiū tonsione.
Ipm̄ cui elegit dñs deus tuus de cunctis
tribubus tuis: ut stet et ministret nomi-
ni dñi dei tui ipe ⁊ filij eius i sempiternū.
Si egressus levites ex una urbū tuaꝝ ex
omni isl in qua habitat et voluerit ve-
nire desiderās locū quē elegerit dominus:
ministrabit i nomine dñi dei sui
sicut omnes fratres eius levite q̄ stabunt
eo tempore coram dño. Parē ciborū
tantū accipiet quā et ceteri: excepto eo
quod i urbe sua ex paterna ei successione
debet. Quādo ingressus fueris terrā
quā dñs deus tuus dabit tibi cave
ne imitari velis abominationes illa-
rum gentiū: nec inveniat̄ in te qui lu-
stret filiū suū aut filiā ducēs per ignem
aut ariolos salutetur aut observet
somnia atq; auguria: ne sit maleficus
ne incantator: ne phitones consulat nec
divinos: et querat a mortuis veritatē.
Omnia enim hec abominat̄ dñs: ⁊ pro-
pter istiusmodi scelera delebit eos in
introitu tuo. Perfect̄ eris ⁊ absq; ma-
cula: cū dño deo tuo. Gentes iste qua-
rum possidebis terrā augures et divi-
nos audiūt: tu aūt a dño deo tuo ali-
ter institut̄ es. Propheta de gente tua
et de fratribus tuis sicut me suscitabit
tibi dñs deus tuus: ipm audies ut pri-
us a dño deo tuo i oreb quādo conuo
congregata ē atq; dixisti. Ultra non
audiā vocem dñi dei mei: et ignē hūc
maximū amplius nō videbo ne mori-
ar. Et ait dñs mihi. Bene omnia sūt
locuti. Propheta suscitabo eis de me-
dio fratrū suoꝝ similē tui: et ponā ver-
ba mea i ore eius: loquetq; ad eos
omnia que preceperō illi. Qui aūt verba
eius q̄ loquetur i nomine meo audi-
re voluerit: ego ultor existā. Propheta
aūt qui arrogantia deprauatus vo-
lueritloqui in nomine meo q̄ ego nō
preceptī illi ut diceret: aut et nomine ali-
norū deorū: interficiet. Quod si tacita
cogitatione responderis: quomodo pos-
sum intelligere verbū q̄ dñs non est
locutus: hoc habebis signū. Quod in
nomine dñi phēta ille pdixerit et nō
euenerit: hoc dñs nō ē locutus: sed per
tumorem animi sui propheta confin-
xit: ⁊ idcirco non timebis eū. XIX

Cum disperdiderit dñs deus tuus
gentes quaꝝ ubi tradituus est
terrā ⁊ possederis eā habitaueris q̄ i ur-
bibus eū ⁊ in edibus: tres ciuitates sepa-
rabis tibi i medio terre quā dñs deus
tuus dabit tibi i possessionē tertius
diligenter viā: et in tres equaliter par-
tes terrā tere tue prouinciā diuides: ut
habeat e vicino q̄ propter homicidū
profugus est quo possit euadere. Her
rie lex homicide fugientis: cuius vita
seruāda ē. Qui percusserit proximū suū
nesciens ⁊ q̄ heri ⁊ nudiustertio: nullū
contra eū odiū habuisse cōprobat̄ sed
abiisse cum eo simpliciter in silua ad li-
gna cedenda: ⁊ i succisione ligni ferri
sit egressus manu fortunaq; lapsum de
manubrio amicū eius percusserit et oci-
derit: hic ad una supradictaꝝ urbium
confugiet ⁊ vivet: ne forsitan proximus
eius cuius effusus ē sanguis dolore
stimulatus persequatur et apprehendat
eum si longior via fuerit: ⁊ percutiat a-
nimam eius q̄ nō est reus mortis: quia
nullū odiū eum q̄ occisus ē odiū pus
habuisse monstratur. Idcirco propo
tibi ut tres ciuitates equales inter se
spacij diuides. Cum aūt dilatauerit
dñs deus tuus fines tuos sicut iura-
uit patribus tuis et dederit tibi cunctā
terram quā eis pollicitus est: si tamen
custodieris mandata eius ⁊ feceris que ho-
die precipio tibi ut diligas dñm deū tu-
um ⁊ ambules i viis eius omni tempore: ad-
des tibi tres alias ciuitates ⁊ supradi-
ctaꝝ ceū urbium numeꝝ duplicabis:
ut nō effundat̄ sanguis innocuus in
medio tere quā dñs deus tuus dabit tibi
possidendā: ne sis sanguinis reus. Si
quis aūt odio habēs proximū: insidi-
atus fuerit vite eius surgensq; percusserit
illū et mortuus fuerit fugeriet̄q; ad una
de supradictis urbibus: mittēt seniores
ciuitatis illius ⁊ accipiēt eū de loco effu-
gij tradūtq; i manu proximi cui san-
guis effusus ē: ⁊ morietur. Nō misereberis
eius: ⁊ auferes noxiū sanguinē de isrl:
ut bene sit tibi. Nō alterabis ⁊ transli-
ces finiuos proximi tui quos fecerit
priores i possessione tua: quā dñs deus
tuus dabit tibi in terra quā acceperis pos-
sidendam. Nō stabit testis unus contra
aliquē quicquid illud peccati ⁊ facinu-
ris fuerit: sed i ore duoꝝ aut trium testiū
stabit omne verbū. Si steterit testis mē-
dax contra hominē accusans eū prevarica-
tionis: stabūt ante quorū causa ē ante
dñm i conspectu sacerdotū ⁊ iudicū q̄ fue-
rint i diebus illis. Cumq; diligentissime
pscrutatores inuenerit falsū testē dixisse
contra fratrem suū mendaciū: reddent ei si-
cut fratri suo facere cogitauit: et auferes
malū de medio tui: ut audientes ceteri timorem habeāt ⁊ nequaq̄ talia
audeant facere. Non misereberis eius:
sed animam pro anima · oculū pro
oculo · dentem pro dente · manū pro
manu: pedem pro pede exiges. XX

Si egressus ad bellū contra hostes tuos.
⁊ videris equitatū ⁊ currus ⁊ ma-
iorem q̄m tu habeas aduersarij exercitus
non timebis: nō timebis eos q̄a dñs de-
us tuus tecū ē q̄ eduxit te de terra egipti.
Appropinquāte aūt iā prelio stabit
sacerdos ante aciē: ⁊ sic loquet̄ ad plm.
Audi isrl. Vos hodie contra inimicos
vros pugnā cōmittitis: non pertime-
scat cor vrm. Nolite metuere nolite re-
dere nec formidetis eos: q̄a dñs deus
vester i medio vri ē: ⁊ pro vobis contra
adūsarios dimicabit ut eruat vos de
periculo. Ducēs q̄q; singulas turmas
audiēte exercitu proclamabūt. Quis
est homo q̄ edificauit domū nouā: et
nō dedicauit eā: Vadat ⁊ reuertatur
in domū suā: ne forte moriat̄ in bello
et alius hmo dedicet eā. Quis ē hmo q̄ plan-
tauit vineā: et nondū fecit eā esse com-
munē de qua vesci omnibs liceat: Va-
dat et reuertat̄ i domū suā: ne forte mo-
riat̄ in bello et alius hmo eius fungatur
officio. Quis ē hmo q̄ desposit vxo-
rem ⁊ nō accepit eā: Vadat ⁊ reuertat̄
in domū suā: ne forte moriat̄ in bello
et alius hmo accipiat eā. Ipsis dictis
addēt rectōr: ⁊ loquet̄ ad plm. Quis
est hmo timidus cordis ⁊ corde pauidus:
Vadat ⁊ reuertat̄ in domū suā: ne pa-
uere faciat corda fratrū suoꝝ sicut ipse
timore preceptī ē. Cūq; siluerit dux
exercitus et finē loquēdi fecerit: unus-
quisq; suos ad bellū cuneos parabit.
Si quādo accesseris ad expugnandā
ciuitatē: offeres ei pmū pacē. Si recepe-
rit ⁊ aperuerit tibi portas: cūctus ipse
qui i ea ē saluabit̄: et erit tibi sub tri-
buto. Sin aūt fedus inire noluerit et
repetiūt cōtra te bellū oppugnabis eā.
Cumq; tradiderit dñs deus tuus illā in
manu tua: pcutes omne qd̄ i ea gene-
ris masculini ē in ore gladij absq; mu-
lieribus ⁊ infantibus iumentis ⁊ cetris q̄
in ciuitate sūt. Omnē predā exercitui
diuides: ⁊ comedes de hostijs hostiū
tuoꝝ q̄ dñs deus tuus dederit tibi. Sic

facies cūctis ciuitatibz q̃ a te prul val
de sunt: et nō sūt de hijs urbibus quas
ī possessionē acceptur⁹ es. De hijs aūt
ciuitatibz q̃ dabunt̄ tibi nullū omnino
permittes viuere sed interficies ī ore gla
dij: ethnum videlicet ⁊ amoreū ⁊ chana
neum phereziū ⁊ eueum ⁊ iebusēū sicut
precepit tibi dōs dē⁹ tuus: ne forte doce
ant vos facere cūctas abominationē⁹
quas ipsi operati sūt dijs suis: et pecce
tis in dōm dei vestri. Quādo obsederis
ciuitatē multo tempore ⁊ munitionibus
circumdederis ut expugnes eā: nō succi
des arbores de q̃bus esci potest: nec se
curibz p circuitū edes vastare regionē
qui lignū est ⁊ nō pomo: nec potest bel
lantiū ora te augere numero. Si qua
aūt ligna nō sūt pomifera sed agresti
a te in usus apta vsus: succide et ex
cute machinas donec capias ciuita
tem que contra te dimicat. xx.

Quādo inuentū fuerit in terra quā
dōs dē⁹ tuus dat⁹ ē tibi hominis
cadauer occisi ⁊ ignorabit̄ cedis re⁹: e
gredient̄ maiores natu et iudices tui
⁊ metient̄ a loco cadaueris singlas p
circuitū spatia ciuitatū: ⁊ quā vicinio
rem esse ꝓspexerint seniores ciuita
tis illi⁹ tollet vitulā de armento que
nō traxit iugū nec terrā fodit vomer
et ducent eā ad vallē asperā atq; saxo
sam q̃ nunq̃ arata ē: nec frumentū recep
pit: ⁊ cedent in ea cerui vitule. Acce
dent q; sacerdotes filij leui quos elegerit
dōs dē⁹ tuus ut ministret ei ⁊ benedicat
in nomine ei⁹ ⁊ ad verbū eorū omne ne
gotiū pendet ⁊ quicquid mūdū vel im
mundū ē iudicet: ⁊ venient maiores na
tu ciuitatis illi⁹ ad interfectū lauabūt
q; manus suas super vitulam q̃ in valle
percussa ē: ⁊ dicent. Manus nre nō effu
derūt sāguinē hūc: nec oculi viderunt.

Propitius esto ꝓpto tuo israel quē red
emisti dōe: ⁊ nō reputes sāguinē innocē
tē in medio ꝓpti tui israel. Et auferet
ab eis reatus sāguinis: tu aūt aboli
eris ab innocentis cruore q̃ fusus ē cū
feceris qd̄ ꝑcepit dōs. Si egressus fue
ris ad pugnā contra inimicos tuos et
tradiderit eos dōs dē⁹ tuus ī manu tua
captiuosq; duxer⁹: ⁊ videris ī numero
captiuos mulierē pulcrā ⁊ adamaue
ris eā voluerisq; habere vxorem: intro
duces eā ī domū tuā. Que radet ceſarie
et circumcidet ungues: ⁊ deponet vest
in qua capta ē: sedebitq; ī domo tua flē
bit patrem ⁊ matrē suā vno mense: ꝑ
tēta intrabis ad eā: dormieq; cū illa:
et erit vxor tua. Si aūt ꝓsta nō sede
rit ālo tuo: dimittes eā libera: nec vende
re pecēs pecunia nec oppriment̄ p pōti
amu: qā humiliasti eā. Si habueris
homo vxores duas vnā dilectā et alterā
odiosā genuerintq; et eis liberos et fue
rit filij odiosē ꝓnogenij volueritq;
substantiā inter filios suos diuidere:
nō poterit filiū dilecte facere ꝓnogeni
tum et ꝑdere filio odiose: sed filiū odi
ose agnoscet ꝓnogenitū debitq; ei de
hijs q̃ habuerit cūcta duplicia. Ipse ē
enī principiū liberoꝝ ei⁹: et huic debē
t̄ ꝓnogenita. Si genuerit homo filiū
cōtumacē ⁊ protercū q̃ nō audiat pa
tris ac mātis imperiū: ⁊ castigat̄ obedi
re cōtempserit: apprehendet eū ⁊ ducet
eū ad seniores ciuitatis illi⁹ ⁊ ad por
tam iudicij: dicentq; ad eos. Filij⁹ no
stre iste, pcaus et cōtumax ē: monita
nra audire cōtemnit: cōuiuiis cōmessationib
vacat ⁊ luxurie atq; cōuiuijs: lapidi
bus eū obruet ꝓs ciuitatis ⁊ morietur
ut auferatis malū de medio vestri: ⁊ u
niuersus israel audiēs timebit. Quādo
peccauerit homo q̃d morte plectendū

est: et adiudicatus morti appensus fu
erit in patibulo: nō ꝑmanebit cadauer
ei⁹ ī ligno: sed ī eadē die sepelies: qā ma
ledictus a deo ē q̃ pendet ī ligno: ⁊ ne qua
q̃ ꝑtaminabis terrā tuā quā dōs de⁹
tuus dederit tibi ī possessionē. xxi

Non videbis bouē ⁊ ouem fratris
tui errantē ⁊ pretercibis: sed redu
ces fratri tuo: etiam si nō ē ꝓximus
frater tuus nec nosti eū. Duces ī domū
tuam: ⁊ erit apud te q̃diu querat fra
ter tuus ⁊ recipiat. Similiter facies
de asino ⁊ de vestimento ⁊ de omni re
fratris tui q̃ preterit: si inueneris eā ne
negligas ēsi alienā. Si videris asinū
fratris tui aut bouē cecidisse ī via: nō
despicies sed subleuabis cū eo. Nō in
dueet mulier veste virili: nec vir vtet
veste feminea. Abominabilis enim a
pud dōi est q̃ facit hoc. Si ambulās
per viā ī arbore vel ī terra nidū auis
inueneris ⁊ matrem pullis vel ouis de
super incubantē: nō tenebis eā cū filijs
sed abire patiēs capros tuos filios:
ut bene sit tibi ⁊ lōgo viuas tempore.
Cum edificaueris domū nouā facies
murū ecti q̃ circuitum ne effundat san
guis ī domo tua: ⁊ sis ei⁹ labente alio
re in pēs ruerint. Nō seres vineā tuā
alieo semine: ne ⁊ semētis quā seuisti
et que nascunt̄ ex vinea pariter sanctifi
cētur. Non arabis ī bouē simul ⁊ asi
no. Non indueris vestimēto q̃d ex la
na luxorē cōtexū ē. Funiculos in fim
bryis facies per ꝗuq; angulos pallij
tui quo operiris. Si duxerit vir vxorē
et postea odio habuerit eā quesierit q;
occasiones q̃bus diuortiat eā obiciens
ei nomen pessimū: ⁊ dixerit vxori hanc
accepi ⁊ ingressus ad eam nō inueni
virginē: tollent eā pater ⁊ mater eius
et ferent ecū signa virginitatis ei⁹ ad
seniores vrbis q̃ in porta sunt: et dicet
pater. Filia mea dedi huic vxorē: quā
quia odit imponit ei nomē pessimū
ut dicat nō inueni filiā tuā virginē:
et ecce hec sūt signa virginitatis filie
mee. Expandent vestimentū coram senio
ribus ciuitatis: apprehendentq; seniores
vrbis illius virū et vedcebūt illū: con
demnantes insuper centū siclos argenti
quos dabit pri puelle: qui diffamauit
nomen pessimū super virginē israel:
habebitq; eā vxorē ⁊ nō poterit dimit
tere omnibus diebus vite sue. Quod si
verū est q̃d obiecit ⁊ non est ī puella in
uenta virginitatis: ducent eā extra fores
dōm pris sui ⁊ lapidibz obruent viri
ciuitatis illius et morient quoniā fecit
nephas in israel ut fornicaret ī domo
patris sui: ⁊ auferes malū de medio
tui. Si dormierit vir cū vxore alterius
vtq; morientur ād ē adulter et adul
tera: ⁊ auferes malū de israel. Si puellā
virginē desponderit vir ⁊ inuenerit eā
aliquis in ciuitate et cōtulerit cum
ea: ducetis vtq; ad porta ciuitatis il
lius ⁊ lapidibz obruentur: puella qā
nō clamauit cum esset in ciuitate: vir
quia humiliauit vxorē proximi sui:
⁊ auferes malū de medio tui. Si inuenit
in agro reperit vir puellā q̃ desposata
est ⁊ apprehendēs dormierit cum ea
ipse morietur solus: puella nichil pa
tietur nec ē rea mortis: quē ferat latro
cōsurgit contra fratrē suum ⁊ occidit
animā eius ita ⁊ puella pcessa ē. Sola
erat ī agro: clamauit et nullⁿ affu
it q̃ liberaret eā. Si inuenerit vir puel
lam virginē que non habet sponsum
et apprehendēs concubuerit cū illa et
res ad iudicū venerit: dabit qui dormi
uit cum ea patri puelle centū quin
quaginta siclos argenti: ⁊ habebit eā

uxorē q̃a humiliauit illã. Nõ poterit
diuitere eam cunctis diebus uite suę.

Non accipiet homo uxo- xxiij
rem patris sui: nec reuelabit operi-
mentũ eius. Non intrabit eunuchus at-
teritis uel amputatis testiculis ꝛ abscis-
so ueretro ecclesiã dñi. Nõ ingredietur
manser hoc ē de scorto natus in eccle-
siam dñi usq; ad decimã generationẽ.
Ammonites ꝛ moabites etiã post de-
cimam generationẽ nõ intrabunt ec-
clesiam dñi in eternũ: quia noluerũt
uobis occurere cũ pane ꝛ aqua i via
quando egressi estis de egipto: et quia
conduxerũt contra te balaam filũ beor
de mesopotamia syrie ut malediceret
tibi: ꝛ noluit dñs deus tuus audire
balaam: uertitq; maledictionẽ eius in
benedictionẽ tuã eo q̃ diligeret te. Nõ
facies cũ eis pacẽ: nec quereis eis bona
cunctis diebus uite tue in sempiternum.
Nõ abominaberis ydumeũ q̃a frater
tuus est: nec egipticũ q̃a aduena fuisti
in terra eius. Qui nati fuerint ex eis ter-
tia generatione intrabunt in ecclesiã dñi.
Quãdo egressus fueris adusus hostes
tuos in pugnã: custodies te ab omni
re mala. Si fuerit inter uos homo q̃
in nocturno sit pollutus somnio egre-
diet extra castra: ꝛ nõ ueniet priusq;
ad uesperã lauetur aqua: ꝛ post solis
occasum regredietur i castra. Habebis
locum extra castra ad quẽ egrediaris
ad requisita nature: gerens pæsellũ in
balteo. Cumq; sederis fodies per circui-
tum: ꝛ egesta humo operies quo rele-
natus es. Dñs enim deus tuus ambu-
lat in medio castrorũ ut eruat te ꝛ tra-
dat tibi inimicos tuos: ut sint castra
tua sancta et nichil i eis appareat fedi-
tatis: ne deseriat te. Nõ trades fugi-
entem dño suo q̃ ad te confugerit. Habitabit
tecum in loco qui ei placuerit: ꝛ i una
urbium tuarũ requiescet: ne cõtristet eũ.
Nõ erit meretrix de filiabus israel: nec fo-
rnicator de filijs israel. Nõ offeres mercedẽ
prostibuli: nec preciũ canis in domo
dñi dei tui quicquid illud ē q̃d uouerit
q̃a abominatio ē utrũq; apud dñm
deũ tuũ. Non fenerabis fratri tuo ad
usurã pecuniã nec fruges nec quãlibet
aliã rem: sed alieno. Fratri autem tuo
absq; usura: id quo indiget cõmoda-
bis: ut benedicat tibi dñs deus tuus in
omni opere tuo in terra ad quã ingedi-
eris possidendã. Cũ uouẽ uoueris dño
deo tuo nõ tardabis reddere q̃a requi-
ret illud dñs deus tuus: ꝛ si moratus
fueris reputabit tibi i peccatũ. Si nu-
lueris pollicere: absq; peccato eris. Qd
aũt semel egressum ē de labijs tuis ob-
seruabis ꝛ facies sicut promisisti dño
deo tuo: ꝛ pria uoluntate et ore tuo
loquutus es. Ingressus uineã proximi
tui comede uuas quãtũ ubi placuerit:
sores aũt ne referas secũ. Si intrauerit
segetẽ amici tui fricãs spicas ꝛ manu
defero: falce aũt nõ metes. xxiiij

Si acceperit homo uxorẽ ꝛ habu-
erit eam ꝛ non inuenerit gratiã
ante oculos eius pter aliquã fœditatem: scribet libellum repudij et dabit
in manu illius: ꝛ dimittet eã de domo
sua. Cumq; egressa abierit maritũ duxe-
rit et ille quoq; oderit eam ꝛ dederit ei
libellum repudij ꝛ dimiserit de domo
sua uel cecerit mortua fuerit: non pote-
rit prior maritus recipere eam i uxorẽ
quia polluta ē ꝛ abominabilis facta
est coram domino: ne peccare faceas
terrã tuam quã dñs deus tuus tradi-
dit tibi possidendã. Cum acceperit
homo nuper uxorẽ nõ procedet ad bellũ
nec ei quippiã necessitatis ininungetur

publice: sed uacabit absq; culpa do-
mui suĩ: ut uno anno letetur cũ uxore
sua. Nõ accipies loco pignoris inferi-
orem et superiorẽ molam: q̃a animã
suam apposuit tibi. Si deprehensus
fuerit homo sollicitans fratrem suũ de
filijs israel ꝛ uendito eo acceperit preciũ
interficiet: et auferes malũ de medio
tui. Obserua diligenter ne incurras
plagam lepre: sed facies quecũq; doce-
rint te sacerdotes leuitici generis iuxta
id q̃d precepi eis: ꝛ impleb sollicite. Me-
mentote que fecerit dñs deus tuus uestre ma-
rie in uia cum egrederemini de egipto.
Cum repetes a proximo tuo rem aliq;
quã debet tibi non ingredieris domũ
eius ut pignus auferas: sed stabis fo-
ris et ille tibi proferet q̃d habuerit. Si
aũt pauper ē non pernoctabit apud te
pignus sed statim reddes ei ãte solis
occasum: ut dormiens i uestimẽto suo
benedicat tibi: ꝛ habeas iustitiã coram
dño deo tuo. Nõ negabis mercedem
indigentis et pauperis fratris tui: siue
aduene q̃ cũ uocat in terra et intra
portas tuas est: sed eadem die reddes
ei preciũ laboris sui ante solis occasũ:
quia pauper ē ꝛ ex eo sustentat animã
suã: ne clamet contra te ad dñm ꝛ repu-
tetur tibi i peccatũ. Nõ occidet patres
pro filijs nec filij p̃ patribus: sed unus-
quisq; pro peccato suo morietur. Nõ
peruertes iudicium aduene ꝛ pupilli: nec
auferes pignora loco uidue. Memento
q̃ seruieris in egipto:
et eruerit te dñs deus tuus inde. Idcirco
precipio tibi ut facias hãc rem. Quãdo
metueris segetem i agro tuo et obliu-
scetur manipulũ reliquerisꝛ nõ reuertaris ut
tollas illũ: sed aduenã ꝛ pupillum et
uiduam auferre patiens: ut benedicat
tibi dñs deus tuus in omni opere manuũ
tuarũ. Si fruges colligeris oliuarũ:
quicquid remanserit in arboribus nõ
reuertaris ut colligas: sed relinques
aduene pupillo ac uidue. Si uindem-
aueris uineam tuam ꝛ non colliges
remanentes racemos: sed ceteri i usus
aduene pupilli ac uidue. Memento
q̃ et tu seruieris i egipto: ꝛ idcirco pre-
cipio tibi ut facias hãc rem. xxv

Si fuerit causa inter aliquos ꝛ in-
terpellauerit iudices: quẽ iustũ
esse p̃spexerit illi iustitiẽ palmam da-
bunt: quẽ impũ condemnabũt impi-
tatis. Si aũt eum q̃ peccauit dignũ
uiderint plagis: prosternet et coram
se faciant uerberari. Pro mensura pec-
cati erunt et plagarũ modus: ita dum-
taxat ut quadragenariũ numerũ nõ
egrediatur: ne fœderatus ante oculos
tuos abeat frater tuus. Non ligabis
os bouis terentis in area fruges tuas.
Quãdo habitauerint fratres simul et
unus ex eis absq; liberis mortuus fue-
rit: uxor defuncti non nubet alteri sed
accipiet eam frater eius et suscitabit se-
men fratris sui: et primogenitũ ex ea fi-
lium nomine illius appellabit ut nõ
deleatur nomen ex israel. Si aũt nolue-
rit accipere uxorẽ fratris sui q̃ ex lege de-
bet: pteret mulier ad portã ciuitatis
ut interpellabit maiores ciuitatis: dicet
q̃. Non uult frater uiri mei suscitare
semen fratris sui in israel: nec uult in
coniugũ sumere. Statimq; accersiti
eum facient: ꝛ interrogabit. Si respon-
deret nolo eam uxorem accipere: acce-
det mulier ad eũ coram senioribus: ꝛ
tollet calciamentũ de pede eius. Sputq;
in faciẽ eius et dicet. Hic fiet homini
qui non edificat domũ fratris sui. Et
uocabit nomen illius i israel domus
discalciati. Si habuerit inter se iurgiũ

viri duo et unus contra alterũ vsqꝫ
reperit: volensq; vxor alterius eruere
virũ suũ de manu fortioris - misericq;
manum et apprehendit verenda eius:
abscidens manũ illius - ne fideres sup
eam vlla misericordia. Non habebis
in sacculo diuersa pondera maius ꝛ
minus: nec erit in domo tua modius
maior ꝛ minor. Pondus habebis iu-
stum et verũ: ꝛ modiꝰ equalis ꝛ verus
erit vbi: ut multo vinas teneaꝫ super
terrã quã dñs deus tuus dederit tibi.
Abominat enim dñs eum qui facit
hec: ꝛ aduertat omne iniustitiã. Me-
mento que fecerit tibi amalech in via
quãdo egrediebaris ex egipto: quoniã
occurrerit tibi ꝛ extremos aguinis tui
qui lassi relidebant ceciderit - quãdo tu
eras fame et labore confectus: ꝛ non
timuerit deũ. Cum ergo dominus de-
us tuus dederit tibi requiẽ - et subiecerit
tibi cũctas p circuitũ nationes in ea quã
tibi pollicꝰ ẽ: delebis nomẽ eꝰ sub ce-
lo. Cave ne obliuiscaris. XXVI

Cumq; ingresueris terrã quã domi-
nus deus tuus tibi daturus est
possidendã et obtineris eam - atq; ha-
bitaueris i illa: tolles de cũctis frugib;
tuis primicias et pones in sarcallo
pgens; ad locum quẽ dñs deus tuus
elegerit ut ibi inuocetur nomen eius:
accedesq; ad sacerdotẽ qui fuerit i die-
bus illis et dices ad eũ. Profitenor ho-
die coram domino deo tuo: q; ingressus
sum i terrã pro qua iurauit patribus
nostris ut daret eam nobis. Suscipi-
ensq; sacerdos sarcallũ de manu tua
ponet ante altare domini dei tui: ꝛ lo-
quens in conspectu dñi dei tui. Syrus
perequebat patrem meũ: q; descendebat
in egiptum et ibi peregrinatus est in
paucissimo numero: creuitq; i gentem
magnã ac robustam ꝛ infinite multi-
tudinis. Afflixeruntq; nos egipcij et
pacerunt sunt imponentes onera gra-
uissima: ꝛ clamauimus ad dñm dũ
patrũ nostrorũ qui exaudiuit nos et
respexit humilitatẽ nostrã ꝛ laborem
atq; angustiã: et eduxit nos de egipto
in manu forti et brachio extento - in in-
genti pauore - in signis atq; patibus:
et introduxit ad locũ istũ: et tradidit
nobis terrã lacte et melle manantem.
Et idcirco nũc offero primitias frugũ
terre: quã dominus dedit michi. Et di-
mittes eas i conspectu dñi dei tui: et a-
dorato dño deo tuo epulabis i omni-
bus bonis que dominus deus tuus
dederit tibi et domui tue: tu et leuites
et aduena qui tecũ est. Quãdo comple-
ueris decimã cũctaꝫ frugũ tuaꝫ anno
decimarũ tertio: dabis leuite ꝛ aduene
ꝛ pupillo ꝛ vidue ut comedant intra
portas tuas ꝛ saturentur: loqueriq; in
conspectu dñi dei tui. Auferi quod san-
ctificatũ est de domo mea et dedi illud
leuite et aduene ꝛ pupillo ac vidue si-
cut iussisti michi. Nõ preteriui mandata
tua: nec sum oblitus imperij. Nõ com-
edi ex eis in luctu meo: nec separaui ex
in qualibet immũditia: nec expendi ex
hijs quicq; in ex funebri. Audiui vocem
domini dei mei: ꝛ feci omnia sicut precepi-
sti michi. Respice de sanctuario tuo et
de excelso celorũ habitaculo: ꝛ benedic
populo tuo israel - ac terrã quã dedisti nobis
sicut iurasti patribus nostris: terre lacte
et melle manantem. Hodie dominus
deus tuus precipit tibi ut facias mãda-
ta hec atq; iudicia: ut custodias ꝛ im-
pleas ex toto corde tuo ꝛ ex tota aĩa tu-
a. Dominũ elegisti hodie ut sit tibi de-
us ꝛ ambules in viis eius: ut custodi-
as ceremonias illius et mãdata atq;

iudicia: et obedias eius imperio. Et
dñs elegit te hodie ut sis ei populus
peculiaris sicut locutus est tibi ꝛ custo-
dias omnia precepta illius: ꝛ faciet te
excelsiorẽ cũctis gentibus quas creauit
in laudem et nomen et gloriam suã:
ut sis populus sanctus domini dei
tui sicut locutus est. XXVII

Precepit autẽ moyses et seniores
populo israhel dicentes. Custo-
dite omne mandatum quod precipio
vobis hodie. Cũq; transieris iordanem
in terrã quã dñs deus tuus dabit
tibi - eriges ingentes lapides et calce
leuigabis eos ut possis in eis scribere
omnia verba legis huiꝰ iordane trans-
misso: ut introeas terrã quã dñs deus
tuus dabit tibi: terram lacte et melle
manantem sicut iurauit patribus tuis.
Quãdo ergo transieris iordanem er-
gite lapides quos ego hodie precipio
vobis in monte hebal: et leuigabis
eos calce - ꝛ edificabis ibi altare domi-
no deo tuo de lapidibus quos ferrum
non tetigit - et de lapis informibus et
impolitis: et offeres sup eo holocausta
domino deo tuo ꝛ immolabis hostias
pacificas: comedesq; ibi ꝛ epulaberis
coram domino deo tuo. Et scribes super
lapides omnia verba legis huius pla-
ne et lucide. Dixeruntq; moyses et sa-
cerdotes leuitici generis ad omne israhel.
Attende et audi israel. Hodie
factus es populus domini dei tui. Au-
dies vocem eius: et facies mandata
atq; iusticias quas ego precipio tibi.
Preceptiq; moyses populo in die illo
dicens. Hi stabunt ad benedicendum
dño super montem garrizim iordane
trãsuisso: hyscon leui iudas ysachar
ioseph et beniamin. Et regione istis
stabunt ad maledicendum in monte
hebal: ruben gad et aser zabulon dan
et neptalim. Et pronũciabunt leuite:
dicentq; ad omnes viros israel eccle-
sia voce. Maledictꝰ homo q̃ facit sul-
tile ꝛ conflatile abominationẽ dñi -
opus manuũ artificũ: ponetq; illud
in abscondito. Et respondebit omnis
populus: ꝛ dicet amen. Maledictus
qui non honorat patrẽ suum et matrẽ.
Et dicet omnis populus amen. Male-
dictus qui mãsterr terminos proximi
sui. Et dicet omnis populꝰ amen. Ma-
ledictus qui errare facit cecum i itinere.
Et dicet omnis plus amen. Maledi-
ctus qui pertrit iudicium aduene pupil-
li et vidue. Et dicet omnis populus a-
men. Maledictus qui dormit cũ vxore
patris sui: et reuelat operimentũ lecti
suꝰ. Et dicet omnis plus amen. Male-
dictus qui dormit cũ omni iumento.
Et dicet omnis populus amen. Male-
dictus qui dormit cũ sorore sua filia
patris sui uel matris sue. Et dicet omnis
plus amen. Maledictus q̃ dormit cũ
socru sua. Et dicet omis pplꝰ amẽ. Ma-
ledictus qui clam percusserit proximũ
suum. Et dicet omnis populus amẽ.
Maledictus q̃ accipit munera - ut per-
cutiat animã sanguinis innocentis.
Et dicet omnis populus amen. Male-
dictus qui non permanet in sermo-
nibus legis huius: nec eos opere perfecit.
Et dicet omnis pplꝰ amen. XXVIII

Si autem audieris vocem domi-
ni dei tui ut facias atq; custodi-
as omnia mãdata eius que ego preci-
pio tibi hodie: faciet te dominus deus
tuus excelsiorem cũctis gentibus que
versant in terra. Venieriq; sup te uni-
verse benedictiones iste et apprehendent
te: si tamen parebis eius audieris. Be-
nedictus tu in ciuitate: ꝛ benedictus in

agro. Benedictus fructus ventris tui ⁊
fructꝰ terre tue: fructusq; iumentorꝫ tuorꝫ
greges armentorũ tuorꝫ et oues ouiũ
tuarꝫ. Benedicta horrea tua: ⁊ benedicte
reliquie tue. Benedictꝰ eris ingrediẽs
et egrediens. Dabit dominꝰ inimicos
tuos q̃ cõsurgent adversum te corruere
in cõspectu tuo. Per viam vna venient
contra te: ⁊ per septem fugiẽt a facie tua.
Emittet dns benedictionẽ sup cellaria
tua et super omnia opera manuũ tuarꝫ:
benedicetq; tibi in terra quã acceperis.
Suscitabit te dns sibi in populũ sanctũ
sicut iurauit tibi: si custodieris mãdata
domini dei tui ⁊ ambulaueris i viis
eius. Videbuntq; omnes terrarꝫ populi
q̃ nomen dni inuocatum sit super te:
et timebunt te. Abundare te faciet do-
minus omnibus bonis: fructu ventris tui
et fructu iumentorũ tuorꝫ fructu terre tue
quã iurauit dominus patribus tuis ut
daret tibi. Aperiet dns thesaurũ suum
optimũ celum: ut tribuat pluuiã terre
tue in tempore suo. Benedicetq; cũctis
operibus manuũ tuarꝫ: ⁊ fenerabis gen-
tibus multis: ⁊ ipe a nullo fenus acci-
pies. Constituet te dns deus tuus in
caput ⁊ non in caudem: ⁊ eris semper
supra et nõ subtus: si tamen audieris
mandata domini dei tui que ego pre-
cipio tibi hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris:
ac nõ declinaueris ab eis nec ad dexterã
nec ad sinistram: nec secutus fueris de-
os alienos neq; coluerris eos. Quod
si audire nolueris vocem dni dei tui
ut custodias ⁊ facias omnia mãdata
eius ⁊ ceremonias quas ego precipio
tibi hodie: venient sup te omnes male-
dictiones iste ⁊ apphendent te. Male-
dictus eris in ciuitate: maledictus in
agro. Maledictũ horreũ tuum: et ma-
ledicte reliquie tue. Maledictꝰ fructus
ventris tui et fructus terre tue: armenta
boum tuorꝫ ⁊ greges ouiũ tuarꝫ. Ma-
ledictus eris ingrediẽs: ⁊ maledictus
egrediens. Mittet dns sup te famem
et eluriẽ et increpationẽ in omnia opera
tua que tu facies: donec conteraat te
et predat velocitet propter adinuentio-
nes tuas pessimas in quibus reliqui-
sti me. Adiungat tibi dns pestilentiã:
donec consumat te de terra ad quã in-
gredieris possidendã. Percutiat te dns
egritate ⁊ febri et frigore ardore et stu-
pore ⁊ aere corrupto ac rubiginꝫ: persequa-
tur donec pereas. Sit celum q̃ supra
te est eneum: ⁊ terra quã calcas ferea.
Det dns imbrem terre tue pulueris:
et de celo descendat super te cinis donec
conteraris. Tradat te dns corruendum
ante hostes tuos: ⁊ per vnam viam
egrediaris ꝛra eos: ⁊ per septẽ fugias:
et dispergaris p omnia regna ter. Sit
q̃ cadauer tuum i escam cũctis volati-
libus celi ⁊ bestijs terre: ⁊ nõ sit q̃ abigat.
Percutiat te dominus ulcere egipti: et
partem corporis p quã secreta dig-
nũt: scabie quoq; ⁊ prurigine: ita ut
curari nequeas. Percutiat te dominꝰ
amentia et cecitate ac furore mentis:
et palpes in meridie sicut palpare so-
let cecus in tenebris: ⁊ nõ dirigas vi-
as tuas. Omniq; tempore calumniã
sustineas: ⁊ opprimaris violẽta ut
habeas qui liberet te. Exoremq; accipi-
as et alius dominat tũ ea. Domũ edi-
fices: ⁊ nõ habites in ea. Plãtes vine-
am: ⁊ non vindemies eam. Bos tuus
immoletur coram te: ⁊ nõ comedas
ex eo. Asinus tuus rapiatur in cõspe-
ctu tuo: ⁊ nõ reddatur tibi. Oues tue
dentur inimicis tuis: ⁊ non sit qui te
adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradantur
alteri populo videntibus oculis tuis

et deficientibus ad conspectũ eorũ tota
die: ⁊ nõ sit fortitudo i manu tua. Fru-
ctus terre tue et omnes labores tuos com-
edat populus quẽ ignoras: ⁊ sis semper
calumniã sustinens et opressus cũctis
diebus: ⁊ stupens ad aspectũ eorũ que
videbunt oculi tui. Percutiat te dns
ulcere pessimo in genibus et in suris: sa-
nariq; nõ possis a planta pedis usq;
ad verticẽ tuũ. Ducetq; te dominus et
regem tuũ quẽ cõstitues sup te i gentẽ
quã ignoras tu ⁊ patres tui: ⁊ seruies
ibi dijs alienis ligno et lapidi: et eris
predicus in proverbiũ ac fabulã omni-
bus populis ad quos te introduxerit
dominus. Semen multum iacies
in terrã et modicũ cõgregabis: quia
locuste deuorabũt omnia. Vineã plan-
tabis et fodies ⁊ vinũ non bibes nec
colliges ex ea quippiam: quũ vastabit
vermis. Oliuas habebis in omnibus
terminis tuis ⁊ nõ ungeris oleo: quia
defluent et deprendent. Filios genera-
bis et filias ⁊ non frueris eis: quoniã
ducẽt in captiuitatẽ. Omnes arbores
tuas ⁊ fruges terre tue rubigo absumet.
Aduena q̃ tecũ versat i terra ascendet
sup te eritq; sublimior: tu aũt descendes
et eris infrior. Ipe fenerabit tibi: et tu
non fenerabis ei. Ipe erit in caput: et
tu eris in caudem. Et venient sup te o-
mnes maledictiones iste et persequẽtes
apphendent te donec intereas: quia nõ
audisti vocẽ domini dei tui: nec fecisti
mãdata eius ⁊ ceremonias quas pre-
cepit tibi. Erũt in te signa atq; pro-
digia ⁊ in semine tuo usq; in sempiter-
num: eo q̃ seruieris domino deo tuo
in gaudio cordisq; letitia, propter ceum
omniũ abundãciã. Seruies inimico
tuo quẽ mittet tibi dns in fame et
sitj et nuditate ⁊ omni penuria: ponet
iugũ ferreũ super ceruicem tuã donec te
conteraat. Adducet dns sup te gentem
de longinquo ⁊ de extremis terre sunt-
bus in similitudinẽ aquile volantis
cum impetu cuius linguã intelligere
non possis: gentem procaissimã que
non deferat senũ nec misereat parvuli:
et deuoret fructum iumentorꝫ tuorꝫ ac
fruges terre tue donec intereas: ⁊ non
reliquat tibi triticum vinũ et oleum
armenta boum et greges ouiũ donec
te disperdat ⁊ conteraat in cũctis vrbibus
tuis: ⁊ destruantur muri tui firmi atq;
sublimes, i quibus habebas fiduciam
in omni terra tua. Obsidebris intra
portas tuas in omni terra tua quã da-
bit tibi dns deus tuus: ⁊ comedes fruc-
tum vteri tui et carnes filiorꝫ tuorꝫ ⁊
filiarũ tuarũ quas dederit tibi dominꝰ
deus tuus i angustia et vastitate qua
opprimet te hostis tuus. Homo delic-
atꝰ in te ⁊ luxuriosus valde inuidebit
fratri suo et vxori q̃ cubat in sinu suo
ne det eis de carnibus filiorũ suorũ
quas comedet: eo q̃ nichil aliud habe-
at in obsidione ⁊ penuria qua vasta-
uerint te inimici tui intra omnes porta
tuas. Tenera mulier et delicata q̃ supra
terram ingredi non valebat nec pedis
vestigiũ figere, pre mollitiem et tene-
ritudinem nimiã: inuidebit viro suo
qui cubat in sinu eius super filij ⁊ filie
carnibus ⁊ illuuie secundinarꝫ q̃ egredi-
untur de medio feminũ eius: et super
liberis qui eadem hora nati sũt. Comedet
tui eos clam propter rerũ omniũ
penuriam: in obsidione et vastita-
te qua opprimet te inimicus tuus
intra portas tuas. Nisi custodieris ⁊
feceris omnia verba legis huius que
scripta sunt in hoc voluminẽ ⁊ timu-
eris nomen eius gloriosũ et terribile

hoc est dominũ deum tuũ: augebit do-
minus plagas tuas · ⁊ plagas semi-
nis tui plagas magnas ⁊ perseuerãtes
infirmitates pessimas ⁊ pertinas: ⁊ con-
uertet in te omnes afflictiones egipti
quas timuisti ⁊ adherebũt tibi. Insu-
per et uniuersos languores et plagas
que nõ sunt scripte i uolumine legis
huius inducet dominus sup te: donec
te conteat. Et remanebitis pauci nu-
mero q̃ prius eratis sicut astra celi pre
multitudine: quoniã non audisti vo-
cem domini dei tui. Et sicut ãte lectatus
est dominus sup vos-bene vobis facen-
tes vosq; multiplicando: sic letabit dis-
perdens vos atq; subuertens: ut auferaminí
de terra ad quam ingrediris
possidendã. Disperget te dominus in
omnes populos a summitate terre usq;
ad terminos eius: ⁊ seruies ibi dijs a-
lienis quos et tu ignoras ⁊ pateres tui
lignis et lapidibus. In genibus quoq;
illis nõ quiesces: neq; erit requies ve-
stigio pedis tui. Dabit eni tibi dñs ibi
cor pauidum et deficientes oculos · et
animã consumptã merore: ⁊ erit vita
tua quasi pendens ãte te. Timebis no-
cte et die: et non credes vite tue. Mane
dices quis michi det vesperũ: ⁊ vespere
quis michi det mane · pter cordis tui
formidinẽ qua terrebaris et pter ea q̃
tuis videbis oculis. Reducet te dñs
classibus in egiptũ per viã de qua dixi
tibi ut eam ãplius nõ videres. Ibi ve-
deris inimicis tuis in seruos et ancil-
las: et non erit qui emat. XXV

Hec sunt verba fœderis q̃ precepit
dominus moysi ut ferret cum
filijs israhel in terra moab: pter illud
fœdus quod cũ eis pepigit in oreb. Vo-
cauitq; moyses omnẽ israhel: ⁊ dixit
ad eos. Vos vidistis omnia q̃ fecit
dominus coram vobis in terra egipti
pharaoni et omnibus seruis eius uniuerse
terre illi: temptationes magnas
quas vidrunt oculi tui: signa illa pre-
centaq; ingenia: ⁊ nõ dedit vobis do-
minus cor intelligens et oculos vide-
re: et aures que possint audire usq;
in presentẽ diem. Adduxit vos qua-
draginta ãnos q̃ deserum: non sunt
attrita vestimenta vestra: nec calciamenta
pedum vestorũ vetustate consumpta
sunt. Panẽ non comedistis vinum ⁊
siceram nõ bibistis: ut scireris quia ipse
est dominus deus vester. Et venistis
ad hunc locum: egressusq; est seon rex
eseboon et og rex basan occurrentes no-
bis ad pugnã · ⁊ pcussimus eos et ni-
timus terrã eorũ: ac tradidimus posse-
dendam ruben et gad ⁊ dimidie tribui
manasse. Custodite ergo verba pacti
huius et implete ea: ut intelligatis u-
niuersa que facietis. Vos statis hodie
cuncti coram domino deo vestro · prin-
cipes vestri ⁊ tribus ac maiores natu
atq; doctores omnis populus israhel
liberi et uxores vestre et aduena q̃ vesti
moratur in castris egressus ligna-
rorũ ⁊ hijs q̃ comportant aquas:
ut transeas in fœdere dñi dei tui · et in
iureiurando quod hodie dominus
deus tuus pcuit tecum: ut suscitet te si-
bi in populũ et ipse sit dominus tuus
sicut locutus est tibi · ⁊ sicut iura-
uit patribus tuis abrahã ysaac ⁊ iacob.
Nec vobis solus ego hoc fœdus ferio
et hec iuramenta confirmo: sed cũctis
presentibus et absentibus. Vos enim
nostis quomodo habitauerimus in
terra egipti · ⁊ quomodo trãsierimus
per medium nationũ: quas trãsiuimus
vidistis abominationes et sordes id
est ydola eorũ ligniũ et lapidũ argentiũ

et auriũ que colebãt. Ne forte sit inter
vos vir aut mulier familia aut tribus
cuius cor auertatur hodie a domino
deo vestro ut vadat et seruiat dijs illarũ
gentiũ: ⁊ sit inter vos radix germinãs
fel et amaritudinem. Cumq; audierit
verba iuramenti huius benedicat sibi
in corde suo dicens pax erit michi · et
ambulabo i prauitate cordis mei: et
assumat ebria sitienti et dominus nõ
ignoscat ei: sed tunc q̃ maxime furor
eius fumet et zelus contra hominem
illum · et sedeant sup eum omnia male-
dicta q̃ scripta sunt i hoc volumine: et
deleat dominus nomen eius sub celo et
consumat eũ in pditione ex omnibus
tribubus israhel: iuxta maledictiones q̃
in libro legis huius ac fœderis scripta
sunt. Dicetq; sequens generatio et filij
qui nascentur diuitijs ⁊ peregrini qui
de longe venerit videbitis plagas terre
illius et infirmitates quibus eã afflixerit
dominus sulphure et salis ardore com-
burens ita ut vltra non seratur nec ui-
rens quippiã germinet i exemplũ sub-
uersionis sodome ⁊ gomorre adame
et seboim quas subuertit dñs in ira
et in furore suo: ⁊ dicent omnes gentes.
Quare sic fecit dñs terre huic? Que ē
hec ira furoris eius immensa? Et re-
spondebit. Quia deseruerunt pactum
dñi q̃ pepigit cũ patribus eorũ quando
eduxit eos de terra egipti et seruierunt
dijs alienis · ⁊ adorauerũt eos quos
nesciebant ⁊ quibus nõ fuerunt attri-
buti: idcirco iratus est furor dñi cõtra
terram istã ut inducere sup eã omnia
maledicta que i hoc volumine scripta
sunt: et eieciet eos de terra sua in ira et
in furore ⁊ in indignatione maxima
proiiciq; in terrã alienam sicut hodie
comprobat. Abscondita a dño deo
nostro que manifesta sunt nobis ⁊ fi-
lijs nostris usq; i sempiternum: ut fa-
ciamus omnia legis huius. XXVI

Cum ergo venerint sup te omnes
res iste quas tibi benedicta sunt ma-
ledicta quã posui i conspectu tuo · et
ductus pnitudine cordis tui i uniuer-
sis gentibus in quas disperserit te dñs
deus tuus ⁊ reuersus fueris ad eum · et
obedieris eius mandatis sicut ego hodie
pcipio tibi cum filijs tuis i toto corde
tuo ⁊ in tota anima tua: reducet te do-
minus deus tuus de captiuitate tua
et miserebit tui: ⁊ rursum cõgregabit
te de cunctis ppls in quos te ante dis-
persit. Si ad cardines celi fueris dispersus
inde te reuocabit dominus deus
tuus: ⁊ assumet atq; inducet in ter-
ram quã possiderunt patres tui ⁊ obti-
nebis eam: ⁊ benedicens tibi-maiores
numero et esse faciet q̃ fuerunt patres
tui. Circumcidet dominus deus tuus cor
tuũ et cor seminis tui: ut diligas do-
minũ deum tuũ ex toto corde tuo ⁊ in
tota ãa tua: ut possis viuere. Omnes
autẽ maledictiones has cõuertet sup
inimicos tuos: ⁊ eos qui odierunt te ⁊
persequũtur. Tu aũt reuerteris ⁊ audi-
es vocẽ domini dei tui faciesq; omnia
mandata que ego pcipio tibi hodie: ⁊
abundare te faciet dñs deus tuus in
cunctis operibus manuũ tuarũ in soboe
uteri tui ⁊ in fructu iumentorũ tuorũ:
in ubertate terre tue et in reddi omnium
largitate. Reuertetur eni dñs ut gau-
deat sup te in omnibus bonis sicut ga-
uisus ē in patribus tuis: si tamen au-
dieris vocem dñi dei tui ⁊ custodieris
precepta eius ⁊ cerimonias que i hac
lege conscripta sunt: ⁊ reuertaris ad
dñm deum tuũ in toto corde tuo et in
tota anima tua. Mandatũ hoc quod

ego precipio tibi hodie nõ supra te est
neq; procul positum nec in celo situm
ut possis dicere quis nostrũ valet ad
celum ascendere ut deferat illud ad nos
ut audiamus atq; opere compleamus:
neq; trãs mare positũ ut causeris et di-
cas quis e nobis poterit mare trãsire
et illud ad nos usq; deferre ut pos-
simus audire et facere qd̃ preceptum
est: sed iuxta te est sermo valde in ore
tuo et i corde tuo ut facias illũ. Consi-
dera q̃ hodie posuerim in cõspectu tuo
vitam et bonũ et contrario mortem
et malũ: ut diligas dũm deum tuum
et ambules in vijs eius et custodias
mandata illius et ceremonias atq; iu-
dicia et vivas: atq; multiplicet te bene-
dicatq; tibi in terra ad quã ingrediẽ
possidendã. Si aũt auersum fuerit cor
tuũ et audire nolueris atq; errore dece-
ptus adoraueris deos alienos et seui-
eris eis: predico tibi hodie q̃ peres:
et paruo tempore moreris i terra ad quã
iordane trãsituro ingrediẽris possiden-
dã. Testes invoco hodie celũ et terrã q̃
proposuerim vobis vitam et mortem:
benedictionẽ et maledictionẽ. Elige ergo
vitam ut et tu vivas et semen tuũ:
diligas dũm deũ tuum atq; obedias
voci eius: et illi adhereas. Ipse est enim
vita tua et longeuo diẽrũ tuorũ: ut
habites in terra pro qua iurauit dõmi-
nus patribus tuis abraham ysaac et
iacob ut daret eam illis. XXV.

Habit quoq; moyses et locutus est
omnia verba hec ad omnem sum
israhel: et dixit ad eos. Centũ viginti
annos sum hodie: non possum ultra
egredi et ingredi: preterea mihi et dõs
dixit michi non transibis iordanem
istũ. Dominus ego dẽ tuus trãsibit
ante te. Ipse delebit omnes gentes has
in conspectu tuo: et possidebis eas. Et
iosue ite transibit ante te: sicut locus
est dominus. Facietq; dominus eis si-
cut fecit heon et og regibus amorreorũ
et terre eorũ: delebitq; eos. Cum ergo et
hos tradiderit vobis similiter faciẽtis
eis sicut precipi vobis. Viriliter agite: et
confortamini. Nolite timere: ne pauẽ-
atis ad conspectum eorũ quia dominus
deus tuus ipse est ductor tuus: et non
diminet nec deseriquet te. Vocauitq;
moyses iosue: et dixit ei coram omni
israhel. Confortare: et esto robustus.
Tu enim introduces populum istum
in terram quã daturus est patribus
eorum iurauit dõs: et tu eam diuides
sorte. Et dominus qui ductor est vester
ipse erit tecum: nõ diminet nec deseriquet
te. Noli timere nec pauere. Scri-
psit itaq; moyses legem hanc et tradi-
dit eam sacerdotibus filijs leui qui por-
tabant archam federis dõi: et cunctis
seniorib; israhel. Precepitq; eis dicẽs.
Post septem ãnos remissionis in so-
lemnitate tabernaculorũ cũ venerint
cunctis de israhel ut appareant in con-
spectu domini dei tui in loco quẽ elege-
rit dõs: leges verba legis huius coram
omni israhel: audientibus eis. et in omni
populo congregato: tam viros q̃
mulieribus parvulis et aduenis qui
sunt intra portas tuas: ut audiendo
discant et timeant dõm deum vestrũ:
et custodiant impleanq; omnes sermo-
nes legis huius. Filij quoq; eorũ q̃ nũc
ignorãt: ut audiat pollint et timeant
dõm deũ suũ cunctis diebus q̃bus vesca-
ntur i terra: ad quã vos iordane trãsituri
estis possidendã. Et ait dõs ad
moysen. Ecce prope sunt dies mortis
tue. Voca iosue: et state in tabernaculo
testimonij ut precipiã ei. Abierunt ergo

moyses et iosue et steterũt in taberna-
culo testimonij: apparuitq; dominus
ibi in columna nubis q̃ stetit in intro-
itu tabernaculi: dixitq; dõs ad moysen.
Ecce tu dormies cum patribus tuis: et pe-
pulus iste cõsurgens fornicabit post
deos alienos in terra ad quã ingredi-
etur et habitabit in ea: ibi deseriquet
me et irritum faciet fedus quod pepigi
cum eo. Et irascetur furor meus cõtra
eum in die illo: et deseriquã eum et ab-
scondam faciẽ meam ab eo: et erit in de-
uoraciõẽ. Inuenient eũ omnia mala
et afflictiones: ita ut dicat in illa die.
Vere quia nõ est deus mecũ inuenerũt
me hec mala. Ego autẽ abscondam
et celabo faciem meã in die illo pter
omnia mala que fecit: quia secutus ẽ
deos alienos. Nunc itaq; scribite vo-
bis canticũ istud: et docete filios isrl: ut
memoriter teneant et ore decantẽt: et sit
michi carnifex istud p testimonio inter
filios israhel. Introducam eũ eum in
terrã pro qua iuraui patribus eius lacte
et melle manantẽ. Cumq; comederint
et saturati pinguesq; fuerint auertentur
ad deos alienos et seruient eis: detra-
hentq; michi et irritum facient pactum
meũ. Postq; inuenerint eũ mala multa
et afflictiones: respondebit ei canticum
istud pro testimonio: qõ nulla debebit
obliuio ex ore seminis sui. Scio enim
cogitationes eius: que facturus sit ho-
die antq; introducam eũ in terrã quã
ei pollicit sum. Scriptit quoq; moy-
ses canticum: et docuit filios isrl. Pre-
cepitq; dominus iosue filio nun: et ait.
Confortare: et esto robustus. Tu enim
introduces filios israhel in terrã quã
pollicit sum: et ego ero tecum. Postq;
ergo scriptit moyses verba legis huius
in volumine atq; compleuit: precepit
leuitis qui portabãt archam federis
dõi dicens. Tollite librum istũ et pone-
te eum in latere arche federis domini
dei vestri: ut sit ibi contra te in testimo-
nium. Ego enim scio cõtentionẽ tuã:
et ceruicem tuã durissimã. Adhuc vi-
uente me et ingrediente vobiscũ semp cõ-
tentiosi estis contra dõm: quanto
magis cum mortuus fuero? Congrege
ad me omnes maiores natu per
tribus vestras atq; doctores: et loquar
audientibus eis sermones istos: et invo-
cabo cõtra vos celum et terram. Noui
enim q̃ post mortẽ meã inique agetis:
et declinabitis cito de via quã precepi
vobis: et occurrent vobis mala i extre-
mo tempore quãdo feceritis malũ in
conspectu dõi ut irritetis eum p opera
manuũ vestrarũ. Locutq; est ergo moyses
audiente vniuso cetu israhel vba carminis
huius: et ad finẽ usq; expleuit. XXVI

Audite celi q̃ loquor: audiat terra
verba oris mei. Concrescat in
pluuia doctrina mea: fluat ut ros elo-
quiũ meũ. Quasi imber super herbam
et quasi stille super gramina: quia no-
men dõi inuocabo. Date magnificen-
tiam deo nostro: dei perfecta sũt opera:
et omnes vie eius iudicia. Deus fide-
lis et absq; vlla iniquitate: iustus et re-
ctus. Peccauerũt ei: non filij eius in sor-
dibus. Generatio prauaq; atq; pueruersa:
hecine reddis dõo pplo stulto et insipi-
ente? Nũquid nõ ipe ẽ pater tuus qui
possedit te et fecit et creauit te? Memen-
to dierũ antiquorũ: cogita generatio-
nes singulas. Interroga patrem tuum
et annunciabit tibi: maiores tuos et di-
cent tibi. Quãdo diuidebat altissimus
gentes: quãdo separabat filios adam:
Constituit terminos populorũ iuxta nu-
merũ filiorũ israhel. Pars aũt domini

populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eũ in terra deserta:
in loco horroris et vaste solitudinis.
Circuduxit eũ et docuit: z custodiuit
quasi pupillã oculi sui. Sicut aquila provocans ad volandum pullos
suos: z super eos volitans. Expandit
alas suas z assumpsit eos: atq; portauit ĩ humeris suis. Dñs solus dux
eius fuit: et nõ erat cum eo deus alienus. Cõstituit eũ super excelsam terã:
ut comederet fructus agroꝝ. Vt suggereret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Butirũ de armento et lac de
ouibus: cũ adipe agnorũ et arietum
filiorũ basan. Et hircos cũ medulla
tritici: z sanguinẽ uue biberent merissimũ. Incallatus est dilectus et recalcitrauit: incallatus impinguatus
dilatatus. Dereliquit deũ factorem suum: et recessit a deo saluatori suo. Provocauerũt eũ in dijs alienis: z in abominationibz ad iracundiã cõcitauerunt. Immolauerũt demonijs et non
deo: dijs quos ignorabãt. Noui recentes q; venerũt: quos nõ coluerũt patres eorũ. Deũ q; te genuit dereliquisti:
et oblitus es dñi creatoris tui. Vidit
dñs et ad iracundiã cõcitatus ẽ: quia
provocauerũt eũ filij sui z filie. Et ait
abscondam faciẽ meã ab eis: z cõsiderabo nouissima eorũ. Generatio enim
peuersa ẽ: z infideles filij. Ipsi me provocauerũt in eo qui non erat deus: et
irritauerunt ĩ vanitatibz suis. Et ego
provocabo eos ĩ eo q̃ nõ est populus:
et in gente stulta irritabo illos. Ignis
succensus est in furore meo: z ardebit
usq; ad infernũ nouissima. Devorabitq; terrã cũ genimine suo: et montiũ
fundamenta aduret. Congregabo super
eos mala: z sagittas meas complebo
in eis. Cõsumentur fame: z devorabit
eos aues morsu amarissimo. Dentes
bestiarũ immittã in eos: cũ furore trahentiũ super terram atq; serpentũ. Foris vastabit eos gladius z intus pauor: iuuenem simũ ac virginẽ lactentem cum homine senio. Et dixi · vbi nam
sunt ? cessare faciã ex hominibz memoriã eorũ. Sed timeo iram inimicorũ
dicentũ: ne forte superbirent hostes eorũ.
Et dicerent manus nra excelsa: et nõ
dñs fecit hec omnia. Gens absq; consilio est et sine prudentia · vtinã sapereret et intelligeret: ac nouissima prouideret. Quomodo persequeretur vnus
mille: z duo fugarent decẽ milia? Nõne ideo quia deus suus vendidit eos:
et dñs conclusit illos? Nõ enĩ est deus
noster ut deus eorũ: z inimici nri sunt
iudices. De vinea sodomorũ vinea eorum: z de suburbanis gomorre. Vua
eorũ vua fellis: z botrus amarissimus.
Fel draconũ vinũ eorũ: z venenũ aspidum insanabile. Nõne hec condita
sunt apud me: z signata in thesauris
meis? Mea ẽ vltio z ego retribuã eis
in tempore: ut labatur pes eorũ. Iuxta
est dies perditionis: z adesse festinant
tempora. Iudicabit dñs populũ suũ: et
in seruis suis miserebit. Videbit q; infirmata sit manus: z clausi quoq; vel
relicti: consumpti sunt. Et
dicent vbi sunt dij eorũ: in quibus habebant fiduciã. De quorũ victimis
comedebãt adipes: z bibebãt vinũ libaminũ. Surgant z opitulentur vobis: z
in necessitate vos protegãt. Videte q;
ego sum solus: z nõ sit alius deus preter me. Ego occidam z ego viuere faciã:
percutiam z ego sanabo: z non ẽ qui
de manu mea possit eruere. Leuabo ad
celum manũ meam: et dicã viuo ego

in eternũ. Si acuero ut fulgur gladiũ
meũ: z arripuerit iudiciũ manus mea.
Reddam vltionẽ hostibz meis: et his
qui oderunt me retribuã. Inebriabo
sagittas meas sanguine: z gladius
meus deuorabit carnes. De cruore occisorũ: z de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populũ
eius: quia sanguinẽ seruorũ suorũ vlciscetur. Et vindictã reddet ĩ hostes
eorũ: z mitis erit terre populi sui. Venit ergo moyses z locutus est omnia
verba cantici huius in auribus pplĩ:
ipse et iosue filius nun. Completq;
oẽs sermones istos · loquens ad vniuersum israhel: z dixit ad eos. Ponite
corda vestra ĩ omnia verba mea · que
ego testificor vobis hodie: ut mandetis ea filijs vrs custodire z facere z implere omnia q̃ scripta sũt ĩ volumine
legis huius: quia nõ incassum precepta sunt vobis: sed ut singuli in eis
viuerent: que sancitus lõgo tempore
plurimis ĩ terra ad quã iordanũ trãsitis ingrediminĩ possidendã. Locutusq; est dominus ad moysen in eadẽ
die dicens. Ascende in montem istum
abarim id ẽ transitũ · in montẽ nebo
qui est in terra moab cõtra iherichũ: et
vide terram chanaan quã ego tradam
filijs israhel obtinendã: et morere in
monte. Quẽ conscendens iungeris populis tuis · sicut mortuus est aaron
frater tuus in monte hor et appositus
populis suis: qã ꝓuaricati estis contra me in medio filiorũ israhel ad aquas contradictionis in cades deserti
syn: z nõ sanctificastis me inter filios
israhel. Ex contra videbis eam: z nõ ingrediris ĩ eã: quã ego dabo filijs israhel.

Et est benedictio LXXIIII.

Hq̃ benedixit moyses homo dei
filios israhel ante mortem suã. Et ait.
Dominus de syna venit: z de seir ortus est nobis. Apparuit de mõte pharan: et cũ eo sanctorũ milia. In dextera eius ignea lex: dilexit populos. Omnes
sanctĩ ĩ manu illius sunt: z qui appropinquant pedibz eius · accipient de doctrina illius. Legem ꝓcepit nobis moyses: hereditatem multitudinis iacob.
Erit apud rectissimũ rex: congregatis
principibz populi cum tribubz israhel.
Viuat ruben z nõ moriatur: z sit parcus in numero. Hec ẽ iude benedictio.
Audi domine vocẽ iude: z ad populum suũ introduc eum. Manus eius
pugnabunt pro eo: z adiutor illius
contra aduersarios eius erit. Leui q̃q;
ait. Perfectio tua z doctrina tua a viro sancto tuo quẽ probasti ĩ temptatione: z iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo et matri sue
nescio vos: et fratribz suis ignoro illos: z nescierũt filios suos. Hij custodierunt eloquiũ tuum · z pactum tuũ
seruauerunt: iudicia tua q̃ iacob: et legem tuam q̃ israhel. Ponent thimiama in furore tuo: et holocausta super
altare tuum. Benedic domine fortitudini eius: et opera manuũ illius suscipe. Percute dorsa inimicorũ eiꝰ: z qui
oderũt eum nõ consurgant. Et beniamin ait. Amantissimus dñi habitabit confidenter: in eo quasi in thalamo
tota die morabit: z inter humeros illius requiescet. Ioseph quoq; ait. De
benedictione domini terra eius: de pomis celi et rore atq; abisso subiacente.
De pomis fructuum solis ac lune: de
vertice antiquorũ montiũ: de pomis
collium eternorũ: z de frugibus terre
et de plenitudine eius. Benedictio illius
qui apparuit in rubo veniat super

caput ioseph : et super verticem nazarei inter fratres suos . Quasi primogenti thauri pulcritudo eius: cornua rinocerotis cornua illius. In ipis ventilabit gentes usq; ad terminos terre. Hee sunt multitudines ephraim : et hec milia manasse . Et zabulon ait. Letare zabulon in exitu tuo: z ysachar in tabernaculis tuis : populos vocabunt ad montem : ibi immolabunt victimas iustitie. Qui inundationem maris quasi lac sugent: et thesauros absconditos arenarum . Et gad ait. Benedictus in latitudine gad. Quasi leo requiescit: rapiet brachium z verticem . Et vidit principatum suum q̃ in parte sua tector esset repositus: qui fuit cum principibus populi et fecit iusticias domini : et iudicium suum cum israhel. Dan quoq; ait. Dan catulus leonis : fluet largiter de basan. Et neptali dixit. Neptalim abundantia perfruetur: et plenus erit benedictionibus domini . Mare et meridiem possidebit . Aser quoq; ait . Benedictus in filijs aser . Sit placens fratribus suis: et intinguat in oleo pedem suum . Ferrum et res calciamentum eius . Sicut dies iuventutis tue ita et senectus tua . Non est alius ut deus rectissimus . Ascensor celi auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes: habitaculi es sursum z subter brachia sempiterna. Eiicit a facie tua inimicum: dicetq; conterere. Habitabit israel confidenter z solus . Oculus iacob in terra frumenti z vini: celi; caligabunt rore. Beatus es israhel. Quis similis tui populo qui saluaris in domino? Scutum auxilij tui: z gladius gloriae tue. Negabunt te inimici tui: et tu eorum colla calcabis. xxxiij.

Ascendit ergo moyses de campestribus moab sup montem nebo in verticem phasga contra iherycho : ostenditq; ei dominus omnem terram galaad usq; dan . et universum neptalim terrasq; ephraim z manasse et omnem terram usq; ad mare nouissimum. et australem partem et latitudinem campi iherichi ciuitatis palmarum usq; segor. Dixitq; dominus ad eum . Hec est terra pro qua iuraui abraham ysaac et iacob dicens. Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis: et non transibis ad illam. Mortuusq; est ibi moyses seruus domini in terra moab iubente domino: et sepeliuit eum in valle terre moab contra phogor : et non cognouit homo sepulcrum eius usq; in presentem diem. Moyses autem erat viginti annorum cum quando mortuus est. Non caligauit oculus eius: nec dentes illius mouti sunt. Fleuerunt q; eum filij israhel in campestribus moab triginta diebus: et completi sunt dies planctus lugentium moysen. Iosue uero filius nun repletus est spiritu sapientie : quia moyses posuit super eum manus suas . Et obedierunt ei filij israhel : fecerunt q; sicut preceperat dominus moysi. Et non surrexit propheta ultra i israhel sicut moyses qui nosset dominum a facie ad faciem in omnibus signis atq; prodigiis que per eum misit ut faceret in terra egipti pharaoni et omnibus seruis eius q; universeq; terre illius : et cunctam manu robustam magnaq; mirabilia que fecit moyses coram universo israhel.

Explicit deuteronomium .

Incipit prologus beati hieronimi presbiteri in librum iosue.

Surge et commuta habitum ne cognoscar
a viris quod sis uxor iheroboam: et vade in
silo ubi est ahias propheta qui locutus est
mihi qd regnaturus essem super populum
hunc. Tolle quoq; in manu tua decem pa-
nes et crustulam et vas melleum: et vade
ad illum. Ipse enim indicabit tibi: quid
eventurum sit puero huic. Fecit ut dixerat
uxor iheroboam: et consurgens abiit in si-
lo: et venit in domum ahiae. At ille non po-
terat videre: quia caligaverat oculi eius

propter senectutem. Dixit autem dominus ad ahiam.
Ecce uxor iheroboam ingredietur ut consu-
lat te super filio suo quia egrotat. Hoc
hoc loquaris ei. Cum ergo illa intrasset
dissimulare se esse quam erat: audivit
ahias sonitum pedum eius introeuntis
per ostium: et ait. Ingredere uxor ihe-
roboam. Quare alia te esse simulas?
Ego autem missus sum ad te durus
nuncius. Vade et dic iheroboam. Hoc di-
cit dominus deus israel. Quia exaltavi te de
medio populi et dedi te ducem super popu-
lum israel: scidi regnum domus david et
dedi illud tibi: et non fuisti sicut servus
meus david qui custodivit mandata
mea: et secutus est me in toto corde suo
faciens quod placitum esset in conspectu
meo: sed operatus es male super omnes
qui fuerunt ante te: et fecisti tibi deos alie-
nos et conflantes: ut me ad iracundiam
provocares: me autem projecisti post te-
pus tuum: id circo ecce ego inducam ma-
la super domum iheroboam: et percutiam de iheh
roboam mingentem ad parietem: et clau-
sum et novissimum in israel: et mundabo
reliquias domus iheroboam sicut mundari
solet fimus usque ad pus. Qui mortui
fuerit de iheroboam in civitate comedent
eum canes: qui autem mortui fuerit in
agro vorabunt eum aves celi: quia dominus
locutus est. Tu igitur surge et vade in do-
mum tuam: et cum ipso ingressu pedum tu-
arum in urbem morietur puer: et plange-
tur eum omnis israel et sepelient. Iste enim
solus intrabit de iheroboam in sepulcrum:
quia in eumdem est suppositus sermo boni
a domino deo israel in domo iheroboam.
Constituet autem sibi dominus regem super
israhel: qui percutiet domum iheroboam
hac die: et in hoc tempore. Percutiet dominus
deus israhel: sicut moveri solet harundo
in aqua. Et evellet israel de terra bona

hac quam dedit patribus eorum: et ventila-
bit eos transtrans: quia fecerunt sibi
lucos ut irritarent dominum. Et tradet israel
deus israel propter peccata iheroboam: qui
peccavit et peccare fecit israel. Surrexit
itaq; uxor iheroboam: et abiit: et ve-
nit in thersa. Cumq; illa ingrederetur limen
domus: puer mortuus est: et sepelierunt
eum et planxerunt eum omnis israel: iuxta ser-
monem domini quem locutus est in manu ser-
vi sui ahiae prophetae. Reliqua autem verborum
iheroboam quomodo pugnaverit: et quo-
modo regnaverit: ecce scripta sunt in
libro verborum dierum regum israel. Dies autem
quibus regnavit iheroboam: viginti duo
anni sunt. Et dormivit iheroboam cum
patribus suis: regnavitq; nadab filius
eius pro eo. Porro roboam filius sa-
lomonis regnavit in iuda. Quadragin-
ta et unus annus erat roboam cum
regnare cepisset: decem et septem annis re-
gnavit in iheruslem civitate quam elegit
dominus ut poneret nomen suum ibi ex omni-
bus tribubus israel. Nomen autem matris
eius naama ammanites. Et fecit iudas
malum coram domino: et irritaverunt eum
super omnibus que fecerant patres eorum
in peccatis suis quae peccaverunt. Edifi-
caverunt enim sibi aras et statuas et
lucos super omne collem excelsum et sub
et omnem arborem frondosam. Sed et
effeminati fuerunt in terra: fecerunt omnes
abhominationes gentium: quas auferrit
dominus ante faciem filiorum israel. In quinto
autem anno regni roboam ascendit
sisac rex egypti in iherusalem: et tulit thesau-
ros domus domini et thesauros regios et
universa diripuit: scuta quoq; aurea
que fecerat salomon pro quibus fecit
rex roboam scuta aerea: et tradidit ea in
manu ducum scutariorum et eorum qui
custodiebant aditum domus regis.

Cumq; ingrederetur rex in domum domi-
ni portabant ea qui procedebant habebant
officium: et postea reportabant ad armo-
rum scutariorum. Reliqua autem ser-
monum roboam et omnia quae fecit:
ecce scripta sunt in libro sermonum die-
rum regum iuda. Fuitque bellum inter robo-
am et iheroboam cunctis diebus. Dormi-
vitque roboam cum patribus suis: et se-
pultus est cum eis in civitate david. Nomen
autem matris eius naama ammanites.
Et regnavit abia filius eius pro eo. xv
Anno octavodecimo anno regni ihero-
boam filii nabath: regnavit abya super
iudam. Tribus annis regnavit in ihe-
rusalem. Nomen matris eius maacha
filia abessalom: ambulavitque in omnibus
peccatis patris sui quae fecerat ante eum:
nec erat cor eius perfectum cum domino deo
suo sicut cor david patris eius. Sed
propter david dedit ei dominus deus suus
lucernam in iherusalem ut suscitaret
filium eius post eum: et statueret iheruso-
lem quod fecisset david rectum in cuncto
diebus: et non declinasset ab omnibus
quae preceperat ei cunctis diebus vite sue:
excepto sermone urie etthei: at tamen bel-
lum fuit inter abyam et iheroboam omni
tempore vite eius. Reliqua autem ser-
monum abye: et omnia quae fecit: nonne
hec scripta sunt in libro verborum dierum
regum iuda? Fuitque bellum inter abyam
et inter iheroboam. Et dormivit abya
cum patribus suis: et sepelierunt eum
in civitate david: regnavitque asa filius
eius pro eo. In anno ergo vicesimo ihe-
roboam regis israhel: regnavit asa rex
iuda: et quadraginta et uno anno re-
gnavit in iherusalem. Nomen matris
eius maacha filia abessalom: et fecit asa
rectum ante conspectum domini sicut david
pater eius: et abstulit effeminatos de terra:

purgauitq; uniũlas sordes ꝑdolorũ-
que fecerat patres eius. Insuper et ma-
acham matrem suã amouit ne esset
princeps i sacris priapi. ⁊ i luco eius
quẖ construxerat: subuertitq; specum
eius. ⁊ cõtegit simulacrũ uerpilluuũ:
et cõbussit in torrente cedron. Excelsa
auẖ non abstulit. Verũtamẽ cor asa
perfectum erat cum dño deo suo cũctis
diebus suis: et inculit ea que sanctifica-
uerat pater suus ⁊ douerat in domum
dñi: argentum et aurũ et uasa. Bellum
auẖ erat inẖ asa et baasa regẖ israhel:
cunctis diebus eorũ. Ascendit quoq; ba-
asa rex israel in iudam. et edificauit ra-
ma: ut non posset quispiã egredi uel
ingredi de parte asa regis iude. Tol-
lens itaq; asa omne argentum et aurũ
quod remanserat in thesauris domus
dñi ⁊ in thesauris domus regis. dedit
illud in manus seruorũ suorũ: et misit
ad benadab filiũ tabrimmõ filij ezion
regem syrie qui habitabat in damasco
dicens. Fedus est inter me et te et inter
patrẖ meũ et patrẖ tuũ: ideo misi tibi
munera argentũ et aurũ: et peto ut ue-
nias. et irritũ facias fedus qd habes
cũ baasa rege israel. et recedat a me. Ac-
quiescẖ benadab regi asa misit prin-
cipes exercitus sui i ciuitates israhel: et
percusserũt ahion et dan ⁊ abel domũ
maacha. et uniũsam cõcorth. omnem
terram neptalim. Quod cũ audisset
baasa intermisit edificare rama:
et cessauit est in cesa. Rex autem asa
nuntiũ misit i omnem iudam dicens.
Nemo sit exceptus. Et tulerũt lapides
de rama ⁊ ligna eius quibus edifica-
uerat baasa: et extruxit de eis rex asa
gabaa beniamin. ⁊ maspha. Reliqua
auẖ omniũ sermonũ asa et uniuersa
fortitudinis eius et cuncta que fecit et
ciuitates quas extruxit: nonne hec scripta
sunt i libro verborũ dierũ regum
iuda? Verũtamen in tempore senectu-
tis doluit pedes: et dormiuit cũ patri-
bus suis et sepultus est cum eis i ciui-
tate dauid patris sui: regnauitq; iosa-
phat filius eius ꝑ eo. Nadab uero fi-
lius therobam regnauit sup israel anno
secõdo asa regis iuda: regnauitq; super
israel duobus annis: et fecit quod malũ
est i cõspectu dñi: et ambulauit i uijs
patris sui et i peccatis eius. quibus pe-
cari fecit israel. Insidiatus est autem ei
baasa filius ahie de domo ysachar. ⁊
percussit eum i gebethon quẖ est urbs
philistinorũ. Siquidẖ nadab ⁊ omnis
israel obsidebant gebethon. Interfec-
rat illũ baasa i anno tertio asa regis
iude: ⁊ regnauit ꝑ eo. Cũq; regnasset:
percussit omnem domũ therobam. Non
dimisit ex ea quidem animam de
semine eius donec deleret eam: iuxta
verbum dñi qd locutus fuerat in ma-
nu serui sui ahie silonitis. propter peca-
ta therobam que peccauerat ⁊ quibus
peccare fecerat israhel: ⁊ propter delictum
quo irritauerat dñm deum israel. Reli-
qua auẖ sermonũ nadab et omnia
que operatus est: nonne hec scripta sunt
i libro verborũ dierum regum israhel?
Fuitq; bellũ inter asa et baasa regem
israhel: cunctis diebus eorũ. Anno tertio
asa regis iuda regnauit baasa filius
ahie super omnẖ israel in thersa viginti
quatuor annis: ⁊ fecit malũ coã dño:
ambulauitq; i uijs therobam. ⁊ in peccatis eius quibus peccare fecit israel. xvj

Factus est autem sermo dñi ad ithu
filiũ anani contra baasa dicens.
Pro eo quod exaltaui te de puluere
et posui te ducem sup populum meum israel
tu autem ambulasti in via therobam. ⁊

peccare fecisti populũ meũ israel ut me irri-
tares in peccatis eorũ: ecce ego demetã
posteriora baasa. ⁊ posteriora domus
eius: et faciam domũ tuã sicut domũ
therobam filij nabath. Qui mortuus
fuerit de baasa i ciuitate comedent eũ
canes: ⁊ qui mortuus fuerit ex eo in re-
gione: comedẖ eum volucres celi. Re-
liqua auẖ sermonũ baasa. ⁊ quecũq;
fecit et potia eius: nonne hec scripta sunt
in libro verborũ dierũ regũ israhel? Do-
mniuit ergo baasa cum patribus suis et
sepultus est in thersa: et regnauit hela
filius eius ꝑ eo. Cum autem i manu
ithu filij anani ꝓphete verbũ dñi factũ
esset contra baasa. et contra domum
eius. et contra omne malum qd fecerat
coã dño ad irritandũ eũ in operibus
manuũ suarũ: ut fieret sicut domus ire-
robam: ob hanc causam occidit eũ:
hec est ithu filiũ anani ꝓphetã. Anno
vicesimo secũdo asa regis iude regnauit
hela filius baasa sup israel in thersa duo-
bus annis: et rebellauit contra eum
seruus suus zambri dux medie partis
equitũ. Erat autẖ hela in thersa bibens
et temulentus: in domo arsa prefecti
thersa. Ingressus ergo zambri percussit ⁊
occidit eum anno vicesimo primo
asa regis iude: et regnauit ꝑ eo. Cũq;
regnasset et sedisset sup solũ eius per-
cussit omnẽ domũ baasa et non dere-
liquit ex ea mingentem ad parietem:
et propinquos et amicos suos. Deleuitq;
zambri omnẽ domũ baasa iuxta ver-
bum dñi quod locus⁹ fuerat ad baa-
sa i manu ithu ꝓphete. propter omnia pe-
cata baasa. et peccata hela filij eius:
qui peccauerũt ⁊ peccare fecerũt israel. pro
uocantes dñm deũ israel in vanitatibus
suis. Reliqua autem sermonum hela
et omnia que fecit: nonne hec scripta
sunt in libro verborũ dierũ regũ israel?
Anno vicesimo sexto asa regis iu-
de regnauit zambri septem diebus in
thersa. Porro exercitus obsidebat geb-
bethon urbem philistinorũ. Cũq; au-
disset rebellasse zambri et occidisse re-
gem: fecit sibi regem omnis israel ambri
qui erat princeps militie super israhel
in die illa i castris. Ascendit rex am-
bri ⁊ omnis israhel cũ eo de gebbethon:
et obsidebant thersa. Videns autem
zambri q̃ expugnanda esset ciuitas
ingressus ẖ palatiũ et succendit se cum
domo regia: ⁊ mortuus est in peccatis
suis que peccauerat faciens malum
coram dño: et ambulans i via iero-
boam. et in peccato eius quo fecit pe-
cari israhel. Reliqua autem sermonũ
zambri ⁊ insidias eius ⁊ prunidis:
nonne hec scripta sunt i libro verborũ
dierũ regũ israel? Tunc diuisus est pls
israhel in duas partes. Media pars
ꝑb sequebatur thebni filiũ ginech ut
constituerent eum regem: et media pars
amri. Preualuit autem pls qui erat
cum amri pplo qui sequebatur thebni
filiũ ginech: mortuusq; est thebni et re-
gnauit amri. Anno vicesimo primo
asa regis iude regnauit amri sup israel
duodecim annis. In thersa regnauit
sex ãnis: emitq; montem samarie a se-
mer duobus talentis argenti et edifi-
cauit eum: et vocauit nomẽ ciuitatis
quam extruxerat nomine semer: id est
nomẽ dñi uel montem samarie. Fecit
auẖ amri malũ in cõspectu domini:
et operatus est nequiter super omnes qui
fuerunt ante eum. Ambulauitq; in o-
mni via therobam filij nabath et in
peccatis eius. quibus peccare fecerat israel
ut irritare dñm deũ israhel in vanitatibus suis. Reliqua auẖ sermonum

amri·et filia eius que gessit:nonne hæc
scripta sunt in libro verborum dierum regum
israhel? Dormiuitq; amri cum patribus
suis:& sepultus est i samaria:regnauit
pro achab filius eius.p.xo. Achab uero
filius amri regnauit super israhel·anno
tricesimoquarto ala regis iude. Et re-
gnauit achab filius amri super israel in
samaria·viginti et duobus annis. Et
fecit achab filius amri malum i conspe-
ctu dni:super omnes qui fuerunt ante eum.
Nec sufficit ei ut ambularet i peccatis
ieroboam filij nabath:insuper duxit
uxorem iezabel filiam methaal regis
sidonijorum. Et abijt et seruiuit baal·et
adorauit eum:et posuit aram baal in
templo baal·quod edificauerat in sa-
maria:et plantauit lucum. Et addidit
achab in ope suo irritans dnm deum
israhel:super omnes reges israel qui fuerunt
ante eum. In diebus eius:edificauit
ahiel de bethel iericho. In abiram pri-
mogenito suo fundauit eam:& in segub
nouissimo suo posuit portas eius:iu-
xta verbum domini quod locutus fue-
rat in manu iosue filij nun. xvij.

Et dixit helias thelbites de habita-
toribus galaad ad achab. Viuit
dns deus israel in cuius conspectu sto:
si erit annis hijs ros et pluuia nisi iu-
xta oris mei verba. Et factum e verbum
dni ad eum dicens. Egredere hinc et uade
contra orientem:et abscondere in tor-
rente carith qui est contra iordanem et
ibi de torrente bibes:coruisq; precepi
ut pascant te ibi. Abijt ergo:et fecit iu-
xta verbum domini. Cumq; abisset:
sedit in torrente carith qui e contra ior-
danem. Corui q; deferebant ei panem
et carnes mane:similiter panem & car-
nes uespere:& bibebat de torrente. Post
dies autem aliquanos siccatus e torrens:
non enim pluerat super terram. Factus
est ergo sermo dni ad eum dicens. Sur-
ge et uade in sarepta sidonior:et ma-
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri ui-
due ut pascat te. Surrexit:et abijt in
sarepta sidoniorum. Cumq; uenisset
ad porta ciuitatis apparuit ei mulier ui
dua colligens ligna:& uocauit eam:
dixitq; ei. Da michi paululum aque
in uase ut bibam. Cumq; illa pgeret
ut afferret:clamauit post tergum eius
dicens. Affer michi obsecro et buccellam
panis in manu tua. Que respondit.
Viuit dns deus tuus:quia non habeo
panem nisi quantum pugillus capere
potest farine i ydria:& paululum olei in
lechito. Ecce colligo duo ligna:ut in-
grediar et faciam illud michi et filio
meo:ut comedamus & moriamur. Ad
quam helias ait. Noli timere:sed ua-
de & fac sicut dixisti. Verumtamen michi
primum fac de ipsa farinula subcinc-
rium parum parumlum·et affer ad me:
tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc
autem dicit dns deus israel. Ydria farine
non deficiet:nec lechitus olei minuet:
usq; in diem in qua dns daturus est
pluuiam super faciem terre. Que abijt:
& fecit iuxta verbum helie. Et comedit
ipse et illa & domus eius:et ex illa die
ydria farine non defecit & lechitus olei
non est imminutus·iuxta verbum dni
quod locutus fuerat in manu helie.
Factum est autem post uerba hæc egro-
tauit filius mulieris matrisfamilias:
et erat languor ualdissimus ita ut non
remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad
heliam. Quid michi et tibi uir de·Ingre-
sus es ad me ut recordaretur
iniquitates meas:& interficeres filium
meum. Et ait ad eam helias. Da michi
filium tuum. Tulitq; eum de sinu eius

et portauit in cenaculum ubi ipse mane-
bat:et posuit super lectulum suum:et cla-
mauit ad dnm et dixit. Domine deus
meus·etiam ne uidua apud quam
ego ut cum sustentor afflixisti:inter-
fecisti filium eius? Et expandit se ter
uentiens e super puerum tribus uicibus:&
clamauit ad dnm & ait. Domine deus
meus:reuertatur obsecro anima pue-
ri huius in uiscera eius. Et exaudiuit
dns uocem helie:et reuersa est anima
pueri intra eum:et reuixit. Tulitq; helias
puerum et deposuit eum de cenaculo
in inferiorem domum:& tradidit ma-
tri eius:et ait illi. Ecce uiuit filius tuus.
Dixitq; mulier ad heliam. Nunc in
isto cognoui quoniam uir dei es tu:et
uerbum dni i ore tuo ueum est. xvnj.

Post dies multos·factum est ue-
bum dni ad heliam·in anno ter-
tio dicens. Vade et ostende te achab:
ut det pluuiam super faciem terre. Iuit
ergo helias ut ostenderet se achab. Erat
autem fames ualdissima in samaria.
Vocauitq; achab abdiam dispensa-
torem domus suae. Abdias autem time-
bat dnm deum ualde. Nam cum inter-
ficeret iezabel prophetas dni tulit ille cen-
tum prophetas et abscondit eos quinqua-
genos & quinquagenos in spelunciis:&
pauit eos pane & aqua. Dixit ergo ach-
ab ad abdiam. Vade in terram ad
uniuersos fontes aquarum et in uniuersas
ualles:si forte possimus inuenire her-
bam & saluare equos & mulos:et no
penitus interficiant. Diuiserunt
sibi regiones:ut circuirent eas. Ach-
ab iuit per uiam unam:et abdias per
uiam alteram seorsum. Cumq; esset abdias
in uia:helias occurrit ei. Qui cum co-
gnouisset eum:cecidit super faciem suam
et ait. Nunquid es dnus mi helias? Cui
ille respondit. Ego. Et dixit. Vade &
dic dno tuo. Adest helias. Et ille:qd
peccauimi inquit quoniam tradis me se-
rum tuum·in manu achab ut interfi-
ciat me? Viuit dns deus tuus:quia
non est gens aut regnum·in quo non
miserit dns meus et requirens. Et re-
spondentibus cunctis no est hic:adiu-
rauit regna singula & gentes·eo qd mi-
nime reperires. Et nunc dicis michi:
uade & dic dno tuo adest helias? Cum
q; recessero a te spiritus dni asportabit
te in locum que ego ignoro:& ingres-
sus nunciabo achab:et no inueniens
te interficiet me. Seruus autem tuus
timet dnm ab infancia sua. Nunquid
no indicatum est tibi dno meo quid fe-
rim cum interficeret iezabel prophetas
dni:et absconderim de prophetis dni cen-
tum uiros quinquagenos & quinqua-
genos in speluncis et pauerim eos pa-
ne et aqua? Et nunc tu dicis uade et
dic domino tuo adest helias:ut interfi-
ciat me? Et dixit helias. Viuit dns
exercituum ante cuius uultum sto:quia
hodie apparebo ei. Abijt ergo abdias
in occursum achab:indicauitq; ei. Ve-
nitq; achab in occursum helie:et cum
uidisset eum ait. Tu es ille:qui con-
turbas israel? Et ille ait. Non ego tur-
bauj israel sed tu & domus patris tui:qd
deliquistis mandata dni & secuti estis
baalim. Verumtamen mittite & con-
grega ad me uniuersum israhel i mon-
te carmeli:et prophetas baal·ccc·qui
quinquaginta·prophetas lucorum qua-
dringentos:qui comedunt de mensa
iezabel. Misit achab ad omnes filios
israhel:et congregauit prophetas i mon-
te carmeli. Accedens autem helias ad o-
mnem plm israel ait. Vsquequo clau-
dicatis i duas partes? Si dominus

est deus sequimini eum: si autem baal:
sequimini illum. Et nō respondit ei plus
verbum. Et ait rursus helias ad plus.
Ego remansi prpheta dōi solus: ppte
autem baal quadringenti et quinqua-
ginta prophetæ luceos quadringenti
viri sunt. Detur nobis duo boves:
et illi eligant sibi bouem unum: et in frusta
redactos ponant super ligna: ignem autem
non supponant. Et ego faciam bouem
alterum et imponam super ligna: ignem
autem nō supponam. Invocate nomina
deorum vestrorum: et ego invocabo nomen
dōi mei: et deus qui exaudierit per ignem
ipse sit deus. Respondens omnis plus
ait. Optima propositio quam locutus est helias.
Dixit ergo helias prpheis baal. Eligite
vobis bouem unum et facite primi
quia vos plures estis: et invocate no-
mina deorum vestrorum: ignem nō supponas.
Qui cum sustulissent bouem quem dederat eis
fecerunt: et invocabant nomen baal
demane usque ad meridiem dicentes. Ba-
al exaudi nos. Et non erat vox: neque
qui responderet. Transsiliebantque altare
quod fecerant. Cumque esset iam meridies:
illudebat illis helias dicens. Clamate
voce maiore. Deus enim est: et forsitan
loquitur: aut in diversorio est: aut in
itinere: aut forte dormit: ut excitet. Cla-
mabant ergo voce magna: et mordebant
se iuxta ritum suum cultris et lancetis do-
nec perfunderentur sanguine. Postquam
autem transiit meridies: et illis proph-
etantibus: venerat tempus quo sacrifi-
cium offerri solet: nec audiebatur vox
neque aliquis respondebat nec attendi-
bat orantes: dixit helias omni plo. Ve-
nite ad me. Et accedente ad se populo
curavit altare dōi quod destructum
fuerat: et tulit duodecim lapides iuxta
numerum tribuum filiorum iacob ad quem
factus est sermo dōi dicens: israel erit no-
men tuum: et ædificavit de lapidibus altar
re in nomine dōi. Fecitque aquæductum
quasi per duas arapennas circum
altare: et composuit ligna: divisit
per membra bovem et posuit super li-
gna: et ait. Implete quadrupedias a-
qua: et fundite super holocaustum et super
ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo
hoc facite. Qui cum fecissent ita ait.
Etiam tertio idipsum facite. Fecerunt
tertio: et currebant aquæ circum altare:
et fossa aquæductus repleta est. Cum
iam tempus esset ut offerret holocaustum:
accedens helias propheta ait. Deus
abraham et ysaac et israhel: ostende
hodie quia tu es deus israhel et ego ser-
vus tuus: et iuxta preceptum tuum fe-
cerunt omnia verba hæc. Exaudi me dōe ex-
audi me: ut discat populus iste: quia
tu es dōs deus: et tu convertisti cor eorum
retro. Cecidit autem ignis dōi et voravit
holocaustum et ligna et lapides: pulve-
rem quoque et aquam que erat in aque-
ductu lambens. Quod cum vidisset o-
mnis populus: cecidit in faciem suam
et ait. Dominus ipse est deus: dōus ipse
est deus. Dixitque helias ad eos. Appre-
hendite prphas baal: ne unus quidem
effugiat ex eis. Quos cum apprehendisset:
duxit eos helias ad torrentem cyson:
et interfecit eos ibi. Et ait helias ad
achab. Ascende comede et bibe: quia
sonus imbre pluvie est. Ascendit achab
ut comederet et biberet: helias autem
ascendit in verticem carmeli et pronus in
terram posuit faciem suam inter genua
sua: et dixit ad puerum suum. Ascende:
et prospice contra mare. Qui cum ascen-
disset et contemplatus esset ait. Non
est quicquam. Et rursum ait illi. Revertere
septem vicibus. In septima autem vice

ecce nubecula parua quasi vestigium homi-
nis ascendebat de mari. Qui ait. Ascen-
de: et dic achab. Junge currum tuum et
descende: ne occupet te pluvia. Cumque se
verteret huc atque illuc: ecce cœli concute-
bantur: et nubes et ventus: et facta est
pluvia grandis. Ascendens itaque achab
abiit in israhel: et manus dōi facta est super
heliam: accinctisque lumbis curebat ante
achab donec veniret in israhel.

III.

Nunciavit autem achab iezabel
omnia que fecerat helias: et quo-
modo occidisset universos prphetas
baal gladio. Misitque iezabel nuncium
ad heliam dicens. Hæc mihi faciant
dii: et hæc addant: nisi hac hora cras
posuero animam meam sicut animam
unius ex illis. Timuit ergo helias et
surgens abiit quorsumque eum ferebat
voluntas: veniens in desertum iuda: et
dimisit ibi puerum suum: et pertransiit in
desertum viam unius diei. Cumque venis-
set et sederet subter unam iuniperum:
petivit animæ sue ut moreretur. Et ait.
Sufficit mihi dōe: tolle animam meam.
Neque enim melior sum quam patres
mei. Projecitque se: et obdormivit in um-
bra iuniperi. Et ecce angelus dōi tetigit
eum: et dixit illi. Surge comede. Respe-
xit: et ecce ad caput suum subcinericius
panis et vas aquæ. Comedit ergo et bi-
bit: rursumque obdormivit. Revertisque
est angelus domini secundo et tetigit eum:
dixitque illi. Surge comede. Grandis
enim tibi restat via. Qui cum surrexisset
comedit et bibit: et ambulavit in for-
titudine cibi illius quadraginta diebus
et quadraginta noctibus usque ad mon-
tem dei oreb. Cumque venisset illuc: man-
sit in spelunca. Et ecce sermo domini
ad eum: dixitque illi. Quid hic agis he-
lia? Et ille respondit. Zelo zelatus sum
pro dōo deo exercituum: quia dereliqu-
erunt pactum tuum filii israhel. Altaria
tua destruxerunt: prphas tuos occiderunt
gladio: et derelictus sum ego solus: et
quærunt animam meam ut auferant eam.
Et ait ei. Egredere: et sta in monte coram
dōo. Et ecce dominus transibit: et spiri-
tus grandis et fortis subvertens montes:
et conterens petras ante dōm. Sed non in
spiritu dōi. Et post spiritum commotio.
Sed non in commotione dōi. Et post com-
motionem ignis. Sed non in igne dōi. Et
post ignem sibilus aure tenuis. Quod
cum audisset helias operuit vultum suum
pallio: et egressus stetit in ostio spelun-
cæ: et ecce vox ad eum dicens. Quid hic
agis helia? Et ille respondit. Zelo zela-
tus sum pro dōo deo exercituum: quia
dereliquerunt pactum tuum filii israhel.
Altaria tua destruxerunt et prphetas
tuos occiderunt gladio: et derelictus
sum ego solus: et quærunt animam
meam ut auferant eam. Et ait dōs ad
eum. Vade et revertere in viam tuam
per desertum in damascum. Cumque pervene-
ris illuc: unges alahel regem super syriam
et iehu filium namsi unges regem
super israhel: helisæum autem filium saphat
qui est de abelmaula unges prphetam
pro te. Et erit quicumque fugerit gladium
alahel occidet eum iehu: et quicumque
fugerit gladium iehu interficiet eum he-
lisæus. Et derelinquam mihi in israhel
septem milia virorum quorum genua non
sunt incurvata ante baal: et omne os
quod non adoraverit eum osculans
manum. Profectus ergo inde helias
reperit helisæum filium saphat aratrum
in duodecim iugis boum: et ipse in duo-
decim iugis boum arantibus unus erat.
Cumque venisset helias ad eum: misit pal-
lium suum super eum. Qui statim relicto

bobus accurrit post heliam. Et ait. Osculor oro te pateru mcu et matrem meam: et sic sequar te. Dixitq; ei. Vade et reuertere. Quod enim meu erat feci tibi. Recessus autem ab eo tulit par boum et macauit illud: et in aratro boum coxit carnes: et dedit populo et comederunt. Consurgensq; abiit et secutus est heliam: et ministrabat ei. xx

Porro benadab rex syrie congregauit omnem exercitum suum. et assumpsit duos reges secum. et equos et currus: et ascendens pugnabat contra samariam: et obsidebat eam. Misitq; nuncios ad achab regem israhel in ciuitatem. Hec dicit benadab. Argentum tuum et aurum tuum meum est: et uxores tue et filij tui optimi mei sunt. Responditq; rex israel. Iuxta verbum tuum domine mi rex: tuus sum ego et omnia mea. Reuertentesq; nuncij dixerunt. Hec dicit benadab q̃ misit nos ad te. Argentum tuum et aurum tuum et uxores tuas et filios tuos dabis michi. Eas igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te: et scrutabuntur domum tuam et domum seruorum tuorum: et omne quod eis placuerit ponent in manibus suis et auferent. Vocauit autem rex israel omnes seniores terre: et ait. Animaduertite et videte: quia iniquitem hanc. Misit enim ad me pro uxoribus meis et filijs et pro argento et auro: et non abnuui. Dixerunt q; omnes maiores natu: et uniuersus populus ad eum. Non audias: neq; acquiescas illi. Responditq; nuncijs benadab. Dicite domino meo regi. Omnia propter que misisti ad me seruum tuum in initio faciam: hanc autem rem facere non possum. Recessitq; nuncij: retulerunt ei. Qui remisit et ait. Hec faciat michi dij et hec addant: si sufficerit pulus samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens rex israel ait. Dicite ei. Ne gloriet accinctus: sicut ut distinctus. Factum est autem cum audisset benadab uerbum istud bibebat ipse et reges in umbraculis: et ait suis. Circumdate ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad achab regem israhel ait ei. Hec dicit dominus. Certe uidisti omnem multitudinem hanc ingentem. Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie: ut scias quia ego sum dominus. Et ait achab. Per quem? Dixitq; ei. Hec dicit dominus. Per puerorum principum prouinciarum. Et ait. Quis incipit preliari? Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo puerorum principum prouinciarum: et repperit numerum duorum et triginta duo. Et recensuit post eos populum omnes filios israhel septem milia: et egressi sunt meridie. Benedab autem bibebat temulentus in umbraculo suo: et reges ei. quinta duo cum eo qui ad auxilium eis uenerant. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum primum. Misit itaq; benadab: qui nunciauerunt ei dicentes. Viri egressi sunt de samaria. Et ille ait. Siue p pace uenerit apprehendite eos viuos: siue ut preliantur viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum de ciuitate: et reliquus exercitus sequebatur. Et percussit unusquisq; uirum qui contra se ueniebat: fugerunt q; syri: et persequtus est eos israhel. Fugit quoq; benadab rex syrie equo cum equitibus suis. Siccq; egressus rex israhel percussit equos et currus: et percussit syriam plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad regem israhel dixit ei. Vade et confortare: et scito: et uide quid facias. Sequenti mi

anno rex syrie ascendet contra te. Serui uero regis syrie dixerunt ei. Dij montium sunt dij eorum: ideo fortiores fuerunt nos. Sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus: et obtinebimus eos. Tu ergo uerbum hoc fac. Amoue reges singulos ab exercitu suo: et pone principes pro eis: et instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis et equos pro equis eorum pristinos: et currus pro currus quos ante habuisti: et pugnabimus contra eos in campestribus: et uidebis quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum: et fecit ita. Igitur postq; anno uertente recensuit benadab syros et ascendit i afec: ut pugnaret contra israhel. Porro filij israhel recensi sunt et accepto cibarijs profecti et aduersus eos castrametati sunt contra eos. Et duo parui greges capraru: syri autem repleuerunt terram. Et accedens uir dei dixit ad regem israhel. Hec dicit dominus. Quia dixerunt syri deus montium est dominus: et non est deus uallium: dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua: et scietis quia ego sum dominus. Dimicebantq; septem diebus et adhuc hij atq; illi acies: septima autem die commissum est bellum. Percusserunt q; filij israhel de syris centum milia pedituum in die una. Fugerunt autem syri qui remanserunt in afec in ciuitatem: et cecidit murus super viginti septem milia hominum qui remanserant. Porro benadab fugiens ingressus est ciuitatem in cubiculum quod erat intra cubiculum: dixerunq; ei serui sui. Ecce audimus q̃ reges domus israhel clementes sunt. Ponamus itaq; saccos lumbis nris et funiculos in capitibus nostris: et egrediamur ad regem israhel: forsitan saluabit animas uras. Accinxerunt saccis lumbos suos et posuerunt funiculos in capitibus suis: venerunq; ad regem israhel et dixerunt ei. Seruus tuus benadab dicit. Vtinam oro te anima mea. Et ille ait. Si ad huc uiuit: frater meus est. Quod acceperunt uiri pro omine: atq; dixerunt. Frater tuus benadab. Et dixit eis. Ite: et adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum benadab: et leuauit eum in curru suo. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo reddam: et platcas fac tibi in damasco sicut fecit pater meus in samaria: et ego federatus recedam a te. Pepigit ergo fedus: et dimisit eum. Tunc uir quidam de filijs prophetarum dixit ad socium suum i sermone domini. Percute me. Et ille noluit percutere. Qui ait. Quia nolusti audire uocem domini: ecce recedes a me: et percutiet te leo. Cumq; paululum recessisset ab eo: inuenit eum leo atq; percussit. Sed et alterum inueniens uirum: dixit ad eum. Percute me. Qui percussit eum: et uulnerauit. Abijt ergo propheta et occurrit regi in uia: et mutauit apprehensione pulueris os: et oculos suos. Cumq; rex transisset: clamauit ad regem et ait. Seruus tuus egressus est ad pretiandum commilitonem: cumq; fugisset uir unus adduxit eum quidam ad me: et ait. Custodi uirum istum. Qui si lapsus fuerit erit anima tua p anima eius: aut talentum argenti apendes. Cum autem ego turbatus huc illuc; me uertem: subito non comparuit. Et ait rex israhel ad eum. Hoc est iudicium tuum: quod ipse decreuisti. Et ille statim abstersit pulueres de facie sua: et cognouit eum rex israel q̃ esset de prophetis. Qui ait ad eum. Hec dicit dominus. Quia dimisisti uirum

digitum morte de manu tua. Erit anima tua pro anima tua: et populus tuus p̄ populo tuo. Geenlus erit igit̄ rex israel i domū tuā. audiet continuo: et turbidus venit i samariā. xxi

Post ueba autem hoc tempore illo vinea erat nabothe iezrahelite qui erat in iezrahel: iuxta palatium achab regis samarie. Locutus est ergo achab ad nabothe dicens. Da michi vineam tuā ut faciā michi hortū olerū: quia vicina est et prope domū meam. Dabo q̄ tibi pro ea vineā meliorem: aut si commodius tibi putas argēti pecunia quantū digna est. Cui rūdit nabothe. Propitius michi sit dēus: ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo achab in domum suam indignans et ferens sup verbo q̄ locutus fuerat ad eū nabothe iezrahelite dicens: non dabo tibi hereditatē patrū meorum. Et proiciens se in lectulum suum auertit faciē suā ad parietem: et nō comedit panē. Ingressa est autē ad eum iezabel uxor sua: dixit q̄ ei. Quid est hoc unde anima tua contristata est. et quare nō comedis panem? Qui respondit ei. Locutus sū nabothe iezrahelite et dixi ei. Da michi vineā tuam accepta pecunia: aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineā meam. Dixit ergo ad eum iezabel uxor eius. Gaudis auctoritatis es: tene regis regnū israel. Surge et comede panē: et equo animo esto. Ego dabo tibi vineam nabothe iezrahelite. Scriptis itaq̄ litteras et signauit achab. et signauit eas anulo eius: et misit ad maiores urbis. et optimates q̄ erāt in ciuitate eius: et habitabāt cū nabothe. Litterarū autem hec erat sententia. Predicate ieiunium et sedere facite nabothe inter primos populi: et submittite duos viros filios belial cōra eū. et testium testimonium dicāt benedixit nabothe deum et regē: et educite eum. et lapidetis q̄ moriatur. Fecerūt ergo viri eius maiores urbis et optimates qui habitabant cum eo in urbe sicut preceperat eis iezabel: et sicut scripta erat i litteris quas miserat ad eos. Predicauerūt ieiunium: et sedere fecerūt nabothe inter primos populi: et adducti duobus viris filijs diaboli fecerunt eos sedere contra eum. Et illi fecerūt ut viri diaboli: dixerunt contra eū testimonium coram ciuitatis. Benedixit nabothe deū et regem. Quā obrem eduxerūt eū extra ciuitatem: et lapidibus interfecerunt. Misiterūtq̄ ad iezabel dicentes. Lapidatus est nabothe: et mortuus est. Factū est autem cū audisset iezabel lapidatū nabothe et mortuū: locuta est ad achab. Surge posside vineam nabothe iezrahelite: q̄ noluit tibi acquirere et dare eam accepta pecunia. Nō enim viuit nabothe: sed mortuus est. Quod cum audisset achab mortuum esse nabothe: surrexit et descendebat in vineā nabothe iezrahelite ut possideret eam. Factus est igitur sermo dēi ad helyā thelbiten dicens. Surge: descende in occursum achab regis israhel: qui est in samaria. Ecce ad vineam nabothe descendit: ut possideat eā. Et loquens ad eū dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti: insuper et possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dōs. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem nabothe: lambent canes sanguinem tuum. Et ait achab ad heliam. Num inuenisti me inimicū tibi? Qui dixit. Inuenui: eo q̄ vendidisti te ut faceres malum in conspectu dōi. Hec dicit dominus. Ecce ego inducā super te malū: et deuerā posteriora tua: et interficiā de achab mingentem ad parietem: et clausum et vlatū in israhel. Et dabo domum tuam sicut domū hieroboā filij nabath: et sicut domū baasa filij ahia: quia egisti ut me ad iracundiā prouocares: et peccare fecisti israel. Sed et de iezabel locutus ē dominus dicens. Canes comedent iezabel: i agro israhel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate comedēt eū canes: si autē mortuus fuerit in agro: comedent eū volucres celi. Igit̄ non fuit alter talis sicut achab: q̄ vendidit se ut faceret malū in conspectu dōi. Concitauit eū enim iezabel uxor sua: et abominabilis factus est. intantum ut sequeretur idola que fecerāt amorrei: quos cōsumpsit dominus a facie filiorū israhel. Factū autem audisset achab sermones istos scidit vestimenta sua. et induit silicio carneū suam: ieiunauitq̄ i dormiuit in sacco: et ambulauit de mullo rapite. Et factus est sermo domini ad heliam thelbiten dicens. Nonne vidisti humiliatum achab coram me: quia igitur humiliatus est mei causa. nō inducā malū in diebus eius: sed i diebus filij sui inferam malū domui eius. xxi

Transierunt igit̄ tres anni absq̄ bello inter siriam et israhel. In anno autem tertio descendit iosaphat rex iuda ad regem israhel. Dixitq̄ rex israhel ad seruos suos. Ignoratis q̄ nostra sit ramoth galaad. et negligimus tollere eam de manu regis siriē. Et ait ad iosaphat. Venisne mecum ad prelianduin in ramoth galaad? Dixitq̄ iosaphat ad regem israel. Sicut ego sum: ita et tu. Populus meus et populus tuus vnum sunt: et equites mei equites tui. Dixitq̄ iosaphat ad regem israhel. Quere oro te hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex israhel prophetas. quadringentos circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo i ramoth galaad ad bellandum an quiescere? Qui rūderunt. Ascende: et dabit eam dominus i manu regis. Dixit autē iosaphat. Non est hic propheta dōi quisquam: ut interrogemus per eū? Et ait rex israhel ad iosaphat. Remansit vir unus per quē possumus interrogare dominū: sed ego odi eū. quia nō prophetat michi bonum sed malum: michaeas filius iemla. Cui iosaphat ait. Ne loquaris ita rex. Locutus est ergo rex israel eunuchū quendam: et dixit ei. Festina adducere michaeam filium iemla. Ecce autē israel et iosaphat rex iuda sedebāt. unusquisq̄ in solio suo vestiti cultu regio i area iuxta ostium porte samarie: et omnis prophete prophetabant in conspectu eorū. Fecit quoq̄ sibi sedechias filius chanaan cornua ferea et ait. Hec dicit dominus. Hijs ventilabis siriam: donec deleas eam. Omnesq̄ prophete similiter prophetabant dicentes. Ascende i ramoth galaad et uade prospere: et tradet dominus i manus regis. Nuncius vero q̄ ierat vt vocaret michaeam: locutus est ad eū dicens. Ecce eloquium prophetarum ore uno regi bona predicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum: et loquere bona. Cui michaeas ait. Viuit dominus: quia quodcunq̄ dixerit michi dominus hoc loquar. Venit itaq̄ ad regem: et ait illi rex. Michaea: ire debemus in ramoth galaad ad prelianduin an cessare? Cui ille rūdit. Ascende et uade prospere: et tradet

dñs ī manu regis. Dixit autē rex ad
eū. Iterū atq; iterum adiuro te: ut nō
loquaris mihi nisi qd̄ verū est in no-
mine dñi. Et ille ait. Vidi cunctū israel
dispersum in montibus: quasi oues non
habentes pastorē. Et ait dñs. Non ha-
bent isti dñm: redeatur unusquisq; in
domū suā in pace. Dixit ergo rex isrl
ad iosaphat. Nunquid non dixi tibi
quia nō ꝓphat mihi bonū: sed semp
malū? Ille vero addens ait. Propter
hoc audi sermonem dñi. Vidi dñm se-
dentē sup solium suū: et omnem exercitū
celi assistentem ei a dextris et a sinistris.
Et ait dñs. Quis decipiet achab regē
israel ut ascendat: et cadat in ramoth
galaad? Et dixit vnꝰ verba huiusmo-
di: et alius aliter. Egressus est autē
spiritus: et stetit coram dño: et ait. Ego
decipiam illū. Cui locutꝰ est dñs. In
quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spiritꝰ
mendax in ore omnium ꝓphetarum eius. Et di-
xit dñs. Decipies: et prualebis: egredere
et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dñs
spiritū mendacij in ore omnium ꝓphetarū
tuorū qui hic sunt: et dñs locutus est
cōtra te malū. Accessit autē sedechias
filius chanaan: et percussit michēā in
maxillā: et dixit. Ne ut ego dimisit
spiritus dñi: et locutꝰ est mihi? Et ait
michees. Videbis eū die illa: quan-
do ingrediens cubiculū intra cubicu-
lum ut abscondaris. Et ait rex israel.
Tollite micheam et maneat apud am-
mon principē ciuitatis: et apud ioas
filium amalech: et dicite eis. Hec dicit
rex. Mittite istum in carcerem: et
sustentate eum pane tribulationis: et a-
qua angustie: donec redeam in pace.
Dixitq; michees. Si reuersus fueris
in pace: nō est locutus in me dñs. Et
ait. Audite ꝓphetē omnes. Ascendit itaq;
rex israel et iosaphat rex iuda: ī ramoth
galaad. Dixit itaq; rex israel ad io-
saphat. Sume arma et ingredere pre-
lium: et induere vestibus tuis. Porro
rex israel mutauit habitū suū: et ingres-
sus est bellū. Rex autem syrie preceperat
principibus curruum sui triginta duobus
dicens. Nō pugnabitis cōtra minores
et maiores quemq; nisi contra regem
israel solū. Cum ergo vidissent prin-
cipes curruū iosaphat suspicati sunt
qd̄ ipse esset rex israel: et impetu facto
pugnabant contra eū. Et exclamauit
iosaphat. Intellexeruntq; principes cur-
ruum qd̄ non esset rex israel: et reuer-
tuerunt ab eo. Vnus autem quidam
tendit arcum: in incertum sagittam
dirigens: et casu percussit regē israel
inter pulmonem et stomachū. At ille
dixit auriga suo. Vertere manū mam-
tue: et me de exercitu: quia grauiter vul-
neratus sū. Commissū est ergo prelium
in die illa. Et rex israel stabat ī curru
suo contra syros: et mortuus est vesper.
Fluebat autē sanguis plagē ī medium
curruis: et prefixus est in vnuersto
exercitu aurora. Sol occumbente diemo.
Vnusquisq; reuertatur in ciuitatem suam
et in terram suā. Mortuus est autē rex:
et allatus est in samariā. Sepelieruntq;
regem in samaria: et lauerūt curruū eius
in piscina samarie et linxerunt canes
sanguinē eius: et habenas lauerunt
iuxta verbum dñi quod locutꝰ fuerat.
Reliqua autē sermonum achab: et uni-
uersa que fecit: et domus eburnea quā
edificauit: cunctaq; urbium quas
restruxit: nonne hec scripta sūt ī libro
verborum dierū regū israel? Dormiuit
rego achab cū patribus suis: et regnauit
ochozias filius eius pro eo. Iosaphat
vero filius asa regnare cepit super

indam: anno quarto achab regis isra-
hel. Triginta quinq; annos erat cum
regnare cepisset: et viginti quinq; annis
regnauit in hierusalem. Nomen ma-
tris eius azuba: filia salai. Et ambu-
lauit in omni via asa patris sui: et nō
declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum
est in conspectu domini: verumtamen
excelsa non abstulit. Adhuc enim po-
pulus sacrificabat et adolebat incensū
in excelsis. Pacemq; habuit iosaphat
cum rege israel. Reliqua autē verborū
iosaphat: et opera eius que gessit et
prelia nonne hec scripta sunt in libro
verborum dierum regum iuda? Sed
et reliquias effeminatorū qui remas-
serant in diebus asa patris eius abstu-
lit de terra. Nec erat tūc rex constituens
in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes
in mari: que nauigarent ī ophir
propter aurum: et ire non poterant:
quia confracte sunt in asyongaber.
Tunc air ochozias filius achab ad io-
saphat. Vadāt serui mei cum seruis
tuis in nauibus. Et noluit iosaphat.
Dormiuitq; iosaphat cum patribus
suis: et sepultus est cum eis in ciuitate
david patris sui: regnauitq; ioram fi-
lius eius ꝓ eo. Ochozias autem fi-
lius achab regnare cepit super isra-
hel in samaria anno septimodecimo
iosaphat regis iuda: regnauitq; sup
israel duobus annis. Et fecit malū
in conspectu domini: et ambulauit
in via patris sui: et matris sue: et in
via ieroboam filij nabath qui pec-
care fecit israel. Seruiuit quoq; ba-
al et adorauit eum: et irritauit domi-
num deum israel iuxta omnia que
fecerat pater eius. Explicit liber regū
secundus. Incipit liber Regum tertius.
Capitulum primum.

Ouaricatꝰ est autē
moab in israel postq;
mortuus est achab.
Cecidit q; ochozias
ꝑ cancellos maci-
sui: quod habebat
in samaria et egrotauit: misitq; nun-
cios dicens ad eos. Ite consulite beelze-
bub deū accharon: vtrū viuere queam
de infirmitate mea hac. Angelus autē
dñi locutꝰ ē ad helia thesbiten dicens.
Surge et descende in occursū nūcios
regis samarie: et dices ad eos. Nun-
quid nō ē deus in israel: ut eatis ad
consulendū beelzebub deū accharon?
Quāobrem hec dicit dñs. De lectulo
sup quē ascendisti nō descendes: sed
morte morieris. Et abijt helias: reuer-
sq; sunt nuncij ad ochozia. Qui di-
xit eis. Quare reuersi estis? At illi re-
sponderūt ei. Vir occurrit nobis: et di-
xit ad nos. Ite reuertimini ad regem
qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit
dominus. Nunquid quia non erat
deus in israel mittis ut consulatur
beelzebub deū accharō? Idcirco de lectu-
lo sup quē ascendisti nō descendes: sed
morte morieris. Qui dixit eis. Cuius
figure et habitus est vir ille q̄ occurrit
vobis: et locutus est verba hec? At illi
dixerūt. Vir pilosus: et zona pellicea
accinctus renibus. Qui ait. Helias thes-
bites ē. Misitq; ad eum quinquage-
narij principē: et quinquaginta qui
erant sub eo. Qui ascendit ad eū: sedenti-
q; in vertice montis ait. Homo dei:
rex precepit ut descendas. Respondens
q; helias: dixit quinquagenario. Si
homo dei sum: descendat ignis de celo
et deuoret te et quinquaginta tuos.
Descendit ergo ignis de celo: et deuo-
rauit eū: et quinquaginta qui erant

cũ eo. Rursumq; misit ad eũ principẗ
quinquagenariũ alterum: et quinqa-
gintã cũ eo. Qui locus ẗ illi. Homo
dei: hæc dicit rex. festina. descende.
Respondens helias ait. Si homo dei
ego sum: descendat ignis de celo et de-
uoret te et quinquaginta tuos. Descen-
dit ergo ignis de celo: ⁊ deuorauit illũ
et quinquaginta eius. Iterum misit
principẗ quinquagenariũ tertium: et
quinquaginta qui erant cũ eo. Qui cũ
ueniss̃et curuauit genua cõtra heliam:
et precatus est eum et ait. Homo dei:
noli despicere animã meã: et animas
seruorum tuoꝝ qui mecum sunt. Ecce
descendit ignis de celo et deuorauit du-
os principes quinquagenarios priores:
et quinquagenos qui eum eis erant.
Sed nunc obsecro ut misereris ani-
me mee. Locutus est autẗ angelus dñi
ad heliam dicens. Descende cum eo.
Ne timeas. Surrexit igitẗ et descendit
cum eo ad regem: et locutus est ei. Hæc
dicit dñs. Quia misisti nuncios ad
cõsulendũ beelzebub deum accharon
quasi nõ esset deus in isr̃l a quo posset
interrogare sermonem: ideo de lectulo
super quo ascendisti non descendes: sed
morte morieris. Mortuus est autem
iuxta sermonẗ dñi quẗ locutus ẗ helias:
et regnauit ioram frater eius pro eo:
anno secũdo ioram filij iosaphat regis
iude. Non eũ habebat filiũ. Reliqua
autem verborum ochozie que operus
est. nonne hæc scripta sunt in libro
sermonum dierum regũ israhel? ij.

Factum est autem cũ leuare uellet
dñs heliam per turbinẗ in celũ:
ibant helias et helisseus de galgalis.
Dixitq; helias ad heliseum. Sede hic:
quia dñs misit me usq; in bethel. Cui
aut heliseus. Viuit dominus: et viuit
anima tua: quia nõ deseriquam te.
Cumq; descendissent bethel: egressi sunt
filij ꝓphetarũ qui erant in bethel ad heli-
seum: et dixerunt ei. Numquid nosti
quia hodie dñs tollet dñm tuũ a te?
Qui ait. Et ego noui. Silete. Dixit
autem helias ad heliseum. Sede hic:
quia dñs misit me in iericho. Et ille
ait. Viuit dñs: et viuit anima tua:
quia nõ deseriquã te. Cũq; uenissent
in iericho: accesserunt filij ꝓphetarũ qui
erant in iericho ad heliseũ: ⁊ dixerũt
ei. Numquid nosti: quia dñs hodie
tollet dñm tuũ a te? Et ait. Et ego
noui. Silete. Dixit autem ei helias.
Sede hic: quia dñs misit me usq; ad
iordanem. Qui ait. Viuit dominus:
et viuit anima tua: quia non deseri-
quam te. Ierunt igitur ambo pariter:
et quinquaginta uiri de filijs ꝓphe-
tarũ steterunt contra
longe. Illi autem ambo stabant super
iordanem. Tulitq; helias palliũ suum
et inuolutum illud: et percussit aquas ẗ
diuisẗ sunt i utranq; partẗ: et transi-
erunt ambo per siccũ. Cũq; transissent:
helias dixit ad heliseum. Postula quod
uis: ut faciam tibi antq; tollar a te.
Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat i me
duplex spiritus tuus. Qui respondit.
Rem difficilem postulasti. Et tamen
si uideris me quãdo tollar a te erit quod
petisti: si autem non uideris non erit.
Cumq; pergerent et inuicem sermo-
naremur: ecce currus igneus et equi
gnei diuiserunt utrumq;. Et ascendit
helias per turbinem in celum: heliseus
autẗ uidebat: et clamabat. Pater mi
pater mi: currus israhel ⁊ auriga eius.
Et nõ uidit eũ amplius. Apprehendit
q; uestimenta sua: et scidit illa i duas
partes. Et leuauit palliũ helie quod

ceciderat ei. Reuersusq; stetit super ripã
iordanis: et pallio helie quod ceciderat
ei percussit aquas: et non sunt diuise.
Et dixit. Ubi est deus helie etiã nũc?
Percussitq; aquas: et diuise sunt huc
atq; illuc: et transiit heliseus. Videns
autem filij ꝓphetarũ qui erãt i iericho
de contra dixerunt. Requiescit spiritus
helie super heliseum. Et uenientes in
occursum eius adorauerũt eũ proni
in terram: dixerũtq; illi. Ecce cũ seruis
tuis sunt quinquaginta uiri fortes: q̃
possint ire et quærere dominũ tuum:
ne forte tulerit eum spiritus domini et
proiecerit eum in unum mõtium aut
in unã ualliũ. Qui ait. Nolite mittere.
Coegerunt q; eum: donec acquiesceret
et diceret. Mittite. Et miserũt quinqa-
ginta uiros. Qui cum quesissent tribus
diebus: nõ inuenerunt. Et reuersi sũt
ad eum. Et ille habitabat in iericho:
et dixit eis. Numquid nõ dixi uobis:
nolite mittere? Dixerunt quoq; uiri ci-
uitatis ad heliseum. Ecce habitatio ci-
uitatis huius optima est sicut cuipse
dñe prospicis: sed aque pessime sunt:
et terra sterilis. Et ille ait. Afferte mi-
chi uas nouum: et mittite in illud sal.
Quod cũ attulissent: egressus ad fontem
aquarũ misit in illum sal: et ait.
Hæc dicit dominus. Sanaui aquas
has: et nõ erit ultra in eis mors neq;
sterilitas. Sanate sũt ergo aque usq;
in diem hanc: iuxta uerbũ helisei q̃d
locutus est. Ascendit autem inde heli-
seus in bethel. Cumq; ascenderet ẗ uiã
pueri parui egressi sunt de ciuitate: et
illudebant ei dicẗes. Ascende calue:
ascende calue. Qui cũ respexisset uidit
eos: ⁊ maledixit eis i nomine domini.
Egressiq; sunt duo ursi de saltu: et la-
creauerunt ex eis quadraginta duos
pueros. Abiit autẗ inde i montẗ carmelũ
et inde reuersus ẗ in samariã. iij

Ioram uero filius achab regnauit super
israhel i samaria: anno decimo octauo
iosaphat regis iude. Regnauitq; duo-
decim annis: et fecit malum coram
dño: sed non sicut pater suus ⁊ mater.
Tulit enim statuas baal quas fecerat
pater eius: uerumtamen in peccatis ie-
roboam filij nabath qui peccare fecit
israhel adhesit: nec recessit ab eis. Por-
ro mesa rex moab nutriebat pecora
multa: et soluebat regi israhel tercium
milia agnorum: et tercũ milia arietũ
cum uellerib̃ suis. Cumq; mortuus
fuisset achab: preuaricatus est fedus
q̃ habebat cum rege israhel. Egressus
est igitẗ rex ioram in die illa de sama-
ria: ⁊ recensuit uniuersum israhel: mi-
sitq; ad iosaphat regem iude dicens.
Rex moab recessit a me: ueni mecũ con-
tra eũ ad preliũ. Qui ait. Ascendã.
Qui meus est tuus est: populus meus
populus tuus: ⁊ equi mei equi tui. Di-
xitq; Per quam uiam ascendemus?
Et ille respondit. Per desertũ edomitarum.
Profectusq; igitẗ rex israhel et rex iude
et rex edom: et circuierũt ẗ uiam septẗ
dierũ: nec erat aqua egressiui et iumẽ-
tis que sequebantur eos. Dixitq; rex
israhel. Heu heu heu. Congregauit nos
dñs tres reges: ut tradere in manu
moab. Et ait iosaphat. Est ne hic
propheta dñi: ut deprecemur dñm p
eum? Et respondit unus de seruis re-
gis israhel. Est hic heliseus filius sa-
phat: qui fundebat aquam super ma-
nus helie. Et ait iosaphat. Est apud
eum sermo dñi? Descendit q; ad eum
rex israhel et iosaphat rex iude: et rex
edom. Dixit autem heliseus ad regem
israhel. Quid michi et tibi est? Vade

ad phcras pris tui et matris tue. Et
ait illi rex israhel. Quare congregauit
dñs tres reges hos ut traderet eos in
manus moab? Dixitq; ad eum heli-
seus. Vinit dñs exercituum in cuius
conspectu sto: q̃ si nõ vultũ iosaphat
regis iude erubescerem: nõ attendissem
quidem te: nec respexissem. Nunc autẽ
adducite michi psaltem. Cũq; canceret
psaltes: facta est super eum manus dñi.
Et ait. Hec dicit dñs. Facite alueum
torrentis huius fossas et fossas. Hec
enim dicit dñs. Non videbitis venti
neq; pluuiã: et alueus iste replebitur
aquis: et bibetis vos et familie vestre
et numera vestra. Parumq; est hoc in
conspectu domini: insuper tradet etiam
moabi manus nostras. Et percuetis
omnem ciuitatem munitam ⁊ omnem
urbem electam: et universum lignum
fructiferum succidetis eunctosq; fontes
aquarũ obturabitis: et omnẽ agrum
egregium operietis lapidibus. Factũ
est igitur mane quando sacrificium
offerri solet: et ecce aque veniebant per
viam edom. Et repleta est terra aquis.
Universi autẽ moabite audientes qd
descendissent reges ut pugnarent
adversus eos conuocauerunt omnes
qui arcuum erant baltheo desuper: et
steterunt in terminis primoq; mane
surgentes: et orto iam sole ex aduerso
aquarum: viderunt moabite contra
aquas rubras quasi sanguinẽ: dixe-
runtq; Sanguis gladij ē. Pugnaue-
runt reges contra se: et cesi sunt mutuo.
Nunc perge ad predam moab. Per-
rexerũtq; in castra israhel. Porro con-
surgentes israhel percussit moab: at illi
fugerunt coram eis. Venerunt igitur
qui vicerant: et percusserunt moab: et
ciuitates destruxerũt: et omnem agrum
optimum miserunt singuli lapides
repleuerunt: et omnes fontes aquas
obturauerũt: et omnia ligna fructifera
succiderunt: ita ut muri tantũ lapides
remanerẽt. Et circumdata est ciuitas a
funditibularijs: ⁊ magna ex parte per-
cussa. Quod cum vidisset rex moab
preualuisse scilicet hostes tulit secum
septingentos viros eductes gladios
et irrumpere ad regem edom: et nõ
potuerũt. Accipiensq; filium suũ pri-
mogenitum qui regnaturus erat pro
eo obtulit holocaustum super murum:
et facta est indignatio magna in israhel. Batimq; recesserunt ab eo: et
reuersi sunt in terram suam. iiij

Mulier autẽ quedam de vxoribus
prophetarũ clamabat ad heliseum
dicens. Seruus tuus vir meus mortuus
est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens
deum. Et ecce creditor venit: ut
tollat duos filios meos ad seruiendũ
sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut
faciam tibi? Dic michi. Quid habes
in domo tua? At illa respondit. Non
habeo ancilla tua quicq̃ ī domo mea:
nisi parum olei quo ungar. Cui ait.
Vade: pete mutuo ab omnibus vicinis
tuis vasa vacua nõ pauca: et ingredere
et claude ostium tuũ cum intrauerit
fueris tu et filij tui: ⁊ mitte inde in oia
vasa hec: et cum plena fuerint tolle.
Iuit itaq; mulier: et clausit ostiũ super
se et super filios suos. Illi offerebant
vasa: et illa infundebat. Cũq; plena
fuissent vasa: dixit ad filiũ suũ. Affer
michi adhuc vas. At ille respondit.
Non habeo. Stetitq; oleũ. Venit ait
illa et indicauit homini dei. Et ille:
Vade inquit vende oleum et redde
creditori tuo: tu autem ⁊ filij tui viuite
de reliquo. Facta est autem quedam

dies: et transibat heliseus per sunam
ciuitatem. Erat autem ibi mulier ma-
gna: que tenuit eũ ut comederet panẽ.
Cũq; frequenter inde transiret: diuer-
tebat ad eam ut comederet panẽ. Que
dixit ad virũ suũ. Animadverto q̃
vir dei sanctus est iste: q̃ transit q̃ nos
frequenter. Faciamus ergo ei cenaculũ
parum: et ponamus ei in eo lectulũ
et mensam et sellam ⁊ candelabrum:
ut cũ venerit ad nos maneat ibi. Fa-
cta ē ergo dies quedã: ⁊ veniens diuer-
sit in cenaculũ: ⁊ requiescit ibi. Dixitq;
ad giezi puerum suum. Voca sunam-
mitem istam. Qui cum vocasset eam:
et illa stetisset coram eo: dixit ad puer
suũ. Loquere ad eam. Ecce sedule in o-
mnibus ministrasti nobis: quid vis ut
faciã tibi? Numquid habes negotiũ:
et vis ut loquar regi siue principi mili-
tiæ? Que respondit. In medio populi
mei habito. Et ait. Quid ergo vult ut
faciam ei? Dixitq; giezi. Ste quercas.
filium eũ nõ habet: et vir eius senex ē.
Precepit itaq; ut vocaret eã. Que cũ
vocata fuisset et stetisset ante ostium:
dixit ad eam. In tempore isto in hac
eadem hora si vita comes fuerit: habe-
bis in vtero filium. At illa. Noli que-
so domine mi vir dei: noli mentiri an-
ille tue. Et concepit mulier: et peperit
filiũ in tempore ⁊ in hora eadem qua
dixerat heliseus. Crevit autem puer: et
cum esset quedam dies ⁊ egressus esset
ad patrem suũ ad messores: ait patri
suo. Caput meum doleo. At ille dixit
puero. Tolle: et duc eum ad matrẽ suã.
Qui cũ tulisset et duxisset eum ad ma-
trem suam: posuit eum illa super ge-
nua sua usq; ad meridiem: et mortu-
us est. Ascendit autem et collocauit
eum super lectũ hominis dei: ⁊ clausit
ostiũ. Et egressa vocauit virũ suũ. Et
ait. Mitte mecũ obsecro vnũ de pueris
et asinã: ut festinam usq; ad hominẽ
dei: et reuertar. Qui ait illi. Quamob-
rem iam vadis ad eum? Nodie non
sunt kalende neq; sabbatũ. Que respon-
dit. Vadam. Strauitq; asinam: et
precepit puero. Mina et pera: ne mi-
chi moram facias in eundo: et hoc
age quod ꝓcipio tibi. Profecta ē igitur
et venit ad virũ dei in monte carmeli.
Cũq; vidisset eam vir dei de procul:
ait ad giezi puerũ suũ. Ecce sunami-
tis illa. Vade ergo ī occursum eius:
et dic ei. Gadeue agitur circa te ⁊ circa
virum tuum: et circa filiũ tuum? Que
respondit. Gede. Cũq; venisset ad virũ
dei in montem apprehendit pedes eius:
et accessit giezi ut amoueret eam. Et
ait homo dei. Dimitte illam. Anima
enim eius in amaritudine est: et dñs
celauit a me: et non indicauit michi.
Que dixit illi. Numquid petiui filiũ a
domino meo? Numquid nõ dixi tibi:
ne illudas mihi? Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lumbos tuos: et tolle baculum
meũ in manu tua et vade. Si occurre-
rit tibi homo non saluetes eum: et si
saluauerit te quispiam nõ respondeas
illi. Et pones baculum meũ super faciẽ
pueri. Porro mater pueri ait. Vinit
dominus et viuit anima tua: non di-
mittam te. Surrexit ergo: et secutus ē
eam. Giezi autẽ precesserat ante eos:
et posuerat baculum super faciẽ pueri:
et non erat vox neq; sensus. Reuersus
q̃ est in occursum eius: et nunciauit
ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus
est ergo heliseus domum: et ecce puer
mortuus iacebat in lectulo eius. Ingre-
sus; clausit ostiũ super se ⁊ super puerũ:
et orauit ad dominũ. Et ascendit: et

incubuit super puerū: posuitq; os suū
sup os eius: et oculos suos sup oculos
eius: et manus suas super manus eius
et incurvavit se sup eū: et calefacta est
caro pueri. Et ille reversus: deambula-
bat i domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascen-
dit ⁊ incubuit super eum. Et obstavuit
puer septies: aperuitq; oculos. Et ille
vocavit giezi: et dixit ei. Vocā sunami-
tem hanc. Que vocata ingressa est
ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit
illa et corruit ad pedes eius: et adora-
vit super terram. Tulitq; filium suum:
et egressa est: et helisseus reversus est in
galgala. Erat autem fames in terra:
et filij phetarū habitabant coram eo:
dixitq; uni de pueris suis. Pone ollā
grandem: et coque pulmentum filijs
prophetarū. Et egressus ē unus i agrū:
ut colligeret herbas agrestes. Invenit
q; quasi vitem silvestrem: ⁊ collegit ex
ea coloquintidas agri et implevit pallium
suū: ⁊ reversus cōscidit in ollam
pulmenti. Nesciebat enim quid esset:
infuderunt igit̄ sociis ut comederent.
Cūq; gustassent de cocturā: exclama-
verunt dicentes. Mors in olla vir dei.
Et nō potuerūt comedere. Et ille: affer-
te inquit farinā. Cūq; tulisset: misit
in ollam ⁊ ait. Infunde populo ut come-
dant. Et nō fuit amplius quicq; ama-
ritudinis i olla. Vir aūt quidā venit
de balsalisa deferens viro dei panes
primitiarū: et viginti panes hordeaceos:
⁊ frumentum novū i pera sua. Et ille di-
xit. Da pplo ut comedat. Cui ait ei mi-
nister eius. Quantū ē hoc ut apponam
coram centum viris? Rursum ille: da
ait populo ut comedat. Hec enim di-
cit dominus. Comedent: et superabit.
Posuit itaq; coram eis. Qui comedē-
runt: ⁊ fuerunt iuxta verbū dei.

Naaman princeps militie regis
syrie erat vir magnus apud domi-
num suum: et honoratus. Per illum
enim dederat dominus salutem syrie. Erat
autem vir fortis ⁊ dives: sed leprosus.
Porro de syria egressi fuerāt latrones:
et captivam duxerant de terra israhel
puellā parvulā: que erat i obsequio
uxoris naaman. Que ait ad dnam
suam. Utinā fuisset dominus meus
ad phetam qui est in samaria: profec-
to curasset eū a lepra quā habet. In-
gressus est itaq; naaman ad dnm su-
um: et nunciavit ei dicens. Hec et hec
locuta est puella de terra israhel. Dixit
q; ei rex syrie. Vade: et mittā litteras
ad regem israhel. Qui cum profectus
esset et tulisset secum decem talenta ar-
genti et sex milia aureos: et decem mu-
tatoria vestimentorū: detulit litteras ad
regem israhel in hec verba. Cum acce-
pis epistolam hanc: scito q; miserim
ad te naaman servū meū ut cures eū
a lepra sua. Cumq; legisset rex israhel
litteras: scidit vestimenta sua: et ait. Nun-
quid deus ego sum ut occidere possim
et vivificare: quia iste misit ad me ut
curem hominē a lepra sua? Animad-
vertite et videte: q occasiones querat
adversum me. Quod cum audisset
helisseus vir dei: scidisse videlicet regē
israhel vestimenta sua: misit ad eum
dicens. Quare scidisti vestimenta tua?
Veniat ad me: et sciat esse phetā in
israhel. Venit ergo naaman cū equis
et curribus: et stetit ad ostium domus
helisei. Misitq; ad eum helisseus nun-
cium dicens. Vade et lavare septies
in iordane: et rapiet sanitatem caro
tua atq; mundaberis. Iratus naaman
recedebat dicens. Putabam q; egre-
retur ad me et stans invocare nomē

dni dei sui: ⁊ tangere manu sua locū
lepre: et curare me. Nunquid nō me-
liores sunt abana ⁊ phaphar fluvij da-
maschi omnibus aquis israhel: ut lauer i
eis et mundes? Cum ergo vertisset se
et abiret indignans: accesserūt ad eū
servi sui: et locuti sūt ei. Pater: ⁊ si rem
grandē dixisset tibi pheta certe facere
debueras. Quātomagis quia nunc
dixit tibi lavare ⁊ mundaberis? Descen-
dit ⁊ lavit septies in iordane iuxta ser-
monem viri dei: et restituta ē caro eius
sicut caro pueri parvuli: et mundatus
est. Reversusq; ad virum dei cū omnīb;
comitatu suo: venit et stetit coram eo
et ait. Ecce scio q; non sit alius deus
in universa terra: nisi tantū in israhel.
Obsecro itaq; ut accipias benedictio-
nem a servo tuo. At ille respondit. Vi-
vit dominus ante quē sto: quia non
accipiā. Cūq; vim faceret: putās nō ac-
quievit. Dixitq; naaman. Ut vis.
Sed obsecro ōnere michi servo tuo: ut
tollā onus duoū burdunū de hac. Sto
cū facier ultra servus tuus holocaustū
aut victimā dijs alienis: nisi domino.
Hoc aūt solum est de quo deprecor
dōm p servo tuo: quādo ingredietur
dōs meus templū rimmōn ut adore-
et illo innitente super manū meam: si
adoraverō in templo rimmon: adora-
ante eo in rodē loco: ut ignoscat mi-
chi dominus servo tuo p hac re. Qui
dixit ei. Vade in pace. Abiit ergo ab
eo: eledo tempore terre. Dixitq; giezi
puer viri dei. Pepercit dōs meus naa-
man siro isti: ut nō acciperet ab eo q̄
attulit. Vivit dominus quia curram
post eum: et accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est giezi post tergum naa-
man. Cum eum vidisset ille currentē
ad se: desiliit de curru i occursum eius
et ait. Gedcine sunt omnia? Et ille ait.
Rede. Dōs meus misit me ad te dicēs.
Modo venerūt ad me duo adolescen-
tes de monte ephraim: ex filijs phetarū.
Da eis talentum argenti: ⁊ vestes mu-
tatorias duplices. Dixitq; naaman.
Melius est accipias duo talenta. Et
coegit eum: ligauitq; duo talenta ar-
genti in duobus saccis: ⁊ duplicia ve-
stimenta et imposuit duobus pueris
suis: qui et portaverunt coram eo. Cūq;
venisset iam vesperi: tulit de manu eorū
et reposuit in domo: dimisitq; viros
et abierunt: ipse autem ingressus stetit
coram dōno suo. Et dixit helisseus. Unde
venis giezi? Qui respondit. Non iit
servus tuus quoq;. At ille ait. Nonne
cor meum in presenti erat: quando re-
versus est homo de curru suo in occur-
sum tui? Nunc igit̄ accepisti argentū
⁊ accipisti vestes: ut emas olivetā et
vineas ⁊ oves et boves et servos ⁊ an-
cillas. Sed ⁊ lepra naaman adhrebit
tibi ⁊ semini tuo usq; i sempiternū. Et
egressus ē ab eo nix ad eo leprosus.

Dixerunt aūt filij phetarū ad heli-
seum. Ecce locus in quo habita-
mus coram te: angustus est nobis. Ea-
mus usq; ad iordanem et tollant sin-
guli de silua materias singulas: ut edi-
ficemus nobis ibi locū ad habitandū.
Qui dixit. Ite. Et ait unus ex illis. Ve-
ni ergo ⁊ tu cum servis tuis. Respōdit.
Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumq;
venissent ad iordanem: cedebāt ligna.
Accidit autē: ut cū unus materiā sui-
disset: cadere ferrum securis i aquā.
Exclamavitq; ille et ait. Heu heu
dne mi: et hoc qm mutuo acceperam.
Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit? At
ille mōstravit ei locū. Precidit ergo
lignū: ⁊ misit illuc. Natavitq; ferrum.

Et ait. Tolle. Qui egrediens manum: ⁊
tulit illud. Gex autem srie pugnabat
contra israhel: consiliuq; inijt cũ suis
suis dicens. In loco illo ⁊ illo ponam⁹
insidias. Misit itaq; vir dei ad regẽ
israhel dicens. Caue ne transeas i locũ
illũ: quia ibi siri ĩ insidijs sũt. Misit
itaq; rex israhel ad locũ quẽ dixerat ei
vir dei et p̃occupauit eũ: ⁊ obseruauit
se ibi nõ semel neq; bis. Conuocatusq;
est rex regis srie pro hac re: et conuo-
catis seruis suis ait. Quare non indi-
catis michi quis p̃dixerit mei sit apud
regem israhel? Dixitq; unus seruorũ
eius. Absquadꝯ dñe mi rex: sed helisseus
prophta qui est israhel indicat regi
israhel oẽia verba quecunq; locutus⁹
fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis. Ite
et videte vbi sit: ut mittam ⁊ capiã eũ.
Annunciauerũt ei dicẽs. Ecce in do-
thaim. Misit ergo illuc equos et cur-
rus: et robur exercitus. Qui cũ venisset
nocte: circumdederũt ciuitatẽ. Consur-
gens autem diluculo minister viri dei
egressus est: vidit exercitum circuitu
ciuitatis et equos et currus. Nunciaq;
ei dixerũt heu heu heu domine mi
quid faciem⁹? At ille respondit. Noli
timere. Plures enim nobiscũ sunt: q̃ cũ
illis. Cumq; oraisset helisseus ait. Dñe:
aperi oculos huius ut videat. Etape-
ruit dñs oculos puri: et vidit: et ecce
mons plenus equos et curruũ igneo-
rum in circuitu helisei. Hostes vero de-
scendebant ad eum. Porro helisseus o-
rauit ad dominũ dicẽs. Percute obse-
ro gentem hanc cecitate. Percussitq;
eos dñs ne viderent: iuxta verbum he-
lisei. Dixit aũt ad eos helisseus. Non
est hec via: nec ista est ciuitas. Sequi-
mini me: et ostendam vobis virũ quẽ
queritis. Duxit ergo eos ĩ samariam.

Cũq; ingressi fuissent ĩ samariã: dixit
helisseus. Domine: aperi oculos istor-
ut videant. Aperuitq; dñs oculos eor-
et viderũt se esse in medio samarie. Di-
xitq; rex israhel ad helisei: cũ vidisse-
tos. Numquid percutiã eos pater mi⁹
Et ille ait. Non percutiẽs. Neq; enim
cepisti eos gladio et arcu tuo: ut pu-
tas. Sed pone panẽ et aquã coram
eis: ut comedant ⁊ bibant: et vadant
ad dominũ suum. Appositaq; est ei
ciborum magna p̃paratio. Et comedi-
runt et biberũt: et dimisit eos: abierũt
q̃ ad dñm suum. Et ultra nõ venerũt
latrones srie in terram israhel. Facti
est autẽ post hec congregauit benadad
rex srie vniuersum exercitum suum: et
ascendit et obsidebat samariã. Facta
q̃ est fames magna in samaria: ⁊ cõ-
dim obsessa ĩ donec venundaret caput
asini octogita argẽteis: ⁊ quarta pars
cabi stercoris columbarũ quinq; argẽ-
teis. Cũq; rex israhel transiret p̃ muru⁹
mulier quedã exclamauit ad eũ dicẽs.
Salua me dñe mi rex. Qui ait. Si ne
saluet dominus. Vnde te possũ saluare?
De area: vel de torculari? Dixitq;
ad eã rex. Quid tibi vis? Que respon-
dit. Mulier ista dixit michi. Da filij
tui ut comedamus eũ hodie: ⁊ filium
meũ comedemus cras. Coximus ergo
filium meũ: et comedimus: dixitq; ei
die altera. Da filij tui: ut comedamus
eum. Quẽ abscondit filij suũ. Quod
cum audisset rex lacerauit vestimenta sua:
et transiebat p̃ muru⁹. Vidiq; omnis
ꝑ sacculum quo vestitus erat ad car-
nem intrinsecus. Et ait rex. Hec michi
faciat deus: et hec addat: si steterit ca-
put helisei filij saphat sup ipũ hodie.
Helisseus aũt sedebat in domo sua et
seniores sedebant cum eo. Premisit itaq;

virum: et anteqũ veniret nunctius: ille
dixit ad senes. Numquid scitis q̃ mi-
serit filius homicide hic ut p̃cidatur
caput meum? Videte ergo: cũ venerit
nunctius: claudite ostiũ: et nõ sinatis
eũ introire. Ecce enim sonitus pedũ dñi
eius post eũ est. Adhuc illo loquente
ecce: apparuit nunctius qui venerat ad
eũ. Et ait. Ecce tanti malũ a dño est.
Quid ampliꝯ exspectabo a dño?

VII

Dixit aũt helisseus. Audite verbũ
dominũ. Hec dicit dñs. In tem-
pore hor cras modius similae uno sta-
ter erit: et duo modij ordei stateres uno
in porta samarie. Respondens unus
de ducibꝫ sup cuius manũ rex incum-
bebat hominẽ dei ait. Si dominus
fecerit etiam catharactas in celo: num-
quid poterit esse q̃ loqueris? Qui ait.
Videbis oculis tuis: et inde nõ comedes.
Quatuor ergo viri erant leprosi
iuxta introitum porte: qui dixerũt ad
invicem. Quid hic esse volumus donec
moriamur? Siue ingredi voluerim⁹
ciuitatem fame morietur: sue maneri-
mus hic morienduũ nobis ĩ. Venite
ergo et transfugiamus ad castra srie.
Si pepercerint nobis viuemus: si aũt
occidere voluerint: mihi omnino q̃ mo-
riemur. Surrexerunt ergo vesperi: ut
venirent ad castra srie. Cũq; venissent
ad principium castrorũ srie: nullum
ibidem reperierũt. Siquidẽ dominus
sonitum audiri fecerat in castris srie:
curruũ et equorũ: et exercitus plurimi.
Dixerunq; ad invicem. Ecce mercede
conduxit aduersum nos rex israhel re-
ges hethorũ ⁊ egiptiorũ: et venerũt sup
nos. Surrexerunt ergo et fugerũt in te-
nebris: et deseruerũt tentoria sua ⁊ e-
quos et asinos in castris: fugerunq;
animas tantũ suas saluare cupientes.

Igitꝯ cũ venissent leprosi illi ad prin-
cipiũ castrorũ ingressi sunt unũ taber-
naculũ: et comederũt ⁊ biberũt. Tulerũt
q̃ inde argentũ et aurum et vestes: et
abierunt ⁊ absconderunt. Et rursum
reversi sunt ad aliud tabernaculũ: et
inde similiter auferentes absconderũt.
Dixerunq; ad invicem. Non recte fa-
cimus. Hec enim dies boni nunctij est.
Si tacuerim⁹ et noluerimus nũciare
usq; mane: sceleris arguemur. Venite
eamus: et nunciemus in aula regis.
Cumq; venissẽt ad portam ciuitatis:
narrauerũt eis dicentes. Iuimus ad
castra srie et nullũ ibidem reperimus
hominẽ: nisi equos et asinos alliga-
tos: et tesa tentoria. Iesum ergo porta-
rũ: et nunciauerunt in palatio regis
intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait
ad seruos suos. Dico vobis quid fe-
rerint nobis siri. Sciunt quia fame
laboramus: et idcirco egressi sunt de
castris: et latitant ĩ agris dicẽs. Cũ
egressi fuerint de ciuitate rapiem⁹ eos
viuos: et tunc ciuitatẽ ingredi poteri-
mus. Respondit autem unus seruoꝝ
eius. Tollamus quinq; equos qui re-
manserunt in urbe: quia ipi tantum
sunt in universa multitudine israhel:
alij enim consumpti sunt: ⁊ mittentes
explorare p̃cedamus. Adduxerũt ergo
duos equos: misitq; rex in castra siro-
rum dicens. Ite et videte. Qui abierũt
post eos usq; ad iordanem. Ecce aũt o-
mnis via plena erat vestibꝫ ⁊ vasis: q̃
proiecerant siri cum turbarentꝯ. Reuer-
sꝯq; nũcij indicauerũt regi. Et egressus
ꝑ diruptũ castra srie: factusq; est
modius similae stateres uno ⁊ duo mo-
dij ordei stateres uno: iuxta verbũ dñi.
Porro rex ducem illum in cuꝰ manu
incubuerat offecit ad portam: quem

conculcauit turba in introitu porte et
mortuus est: iuxta q̃ locutus fuerat vir
dei quãdo descendebat rex ad eum. Fa-
ctumq̃ est sicut sermonem viri dei. quem
dixerat regi quãdo ait. duo modii or-
dei stabunt uno siclo. et modius similae
stabunt uno siclo eodem tempore cras
in porta samarie: quãdo respondebat
dux ille viro dei et dixerat. etiã si dñs
fecerit cataractas in celo numquid po-
test fieri q̃d loquebris: et dixit ei videbis
oculis tuis. et inde nõ comedes. Eue-
nit ergo ei sicut p̃dictũ erat: et conculca-
uit eũ plus in porta: et mortuus est. VIII

Heliseus autem locutus est ad mulie-
rem: cuius vivere fecerat filium
dicens. Surge: vade tu et domus tua: et
peregrinare ubicũq̃ reperis. Vocabit
enim dñs famem: et venient super terram
septem ãnis. Quae surgens et fecit iuxta
verbũ hominis dei: et abiens cũ domo
sua: peregrinata est in terra philistijm-
dies multos. Cumq̃ finiti essent anni
septem: reuersa est mulier de terra phili-
stijm. Et ingressa est: ut interpellaret
regem p domo sua. et pro agris suis.
Rex autem loquebat cũ giezi puero viri
dei dicens. Narra mihi oia magnalia
q̃ fecit heliseus. Cũq̃ ille narraret
regi quomõ mortuũ suscitasset: apa-
ruit mulier cuius vivificauerat filium
clamãs ad regem pro domo sua et pro
agris suis. Dixitq̃ giezi. Hic est mulier
hic est filius eius quem suscitauit heliseus. Et interrogauit regem mu-
lierem. Que narauit ei. Deditq̃ ei rex
eunuchum unum dicens. Restitue ei
omnia que sua sunt: et universos red-
ditus agrorum a die qua reliquit terã
usq̃ ad pnsm. Venit quoq̃ heliseus
damascum: et dum ab rege fuisset egro-
tabat. Nuntiauerũtq̃ ei dicentes. Venit
vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle
tecũ munera et vade in occursum viri
dei: et consule dñm p eum dicens. Si
evadere potero de infirmitate mea hac?
Iuit igit azahel in occursũ eius habens
secum munera et omnia bona damasci
onera quadraginta camelorũ. Cumq̃
stetisset coram eo ait. Filius tuus be-
nadab rex syrie misit me ad te dicens.
Si sanari potero de infirmitate mea
hac? Dixitq̃ ei heliseus. Vade dic ei.
Sanaberis. Porro ostendit mihi
dominus: quia more morietur. Sti-
titq̃ cum eo: et conturbatus est usq̃ ad
suffusionem vultus. Fleuitq̃ vir dei.
Cui azahel ait. Quare dominus meus
flet? At ille dixit. Quia scio q̃ facturus
es filijs israhel mala. Civitates eorũ
munitas igne succendes: et iuuenes
eorum interficies gladio: et parvulos
eorũ elides: et pregnantes diuides. Di-
xitq̃ azahel. Quid enim sũ seruus tuus
canis: ut faciam rem istam magnã?
Et ait heliseus. Ostendit mihi domi-
nus te regem syrie fore. Qui cũ recessis-
set ab heliseo: venit ad dominũ suum.
Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus?
At ille respondit. Dixit mihi: recipies
sanitatem. Cũq̃ venisset dies altera: tu-
lit stragulũ et infudit aquã: et expãdit
super faciem eius. Quo mortuo: regna-
uit azahel pro eo. Anno quinto ioram
filij achab regis israhel regnauit ioram
filius iosaphat rex iuda. Triginta du-
orũ ãnorũ erat cum regnare cepisset:
octo annis regnauit in ierusalem. Am-
bulauitq̃ in viis regum israhel: sicut
ambulauerat domus achab. Filia enim
achab erat vxor eius. Et fecit q̃d malũ
est in conspectu domini. Noluit autem
dominus disperdere iudam propter da-
uid seruũ suum: sicut promisserat ei ut

daret illi lucernã. et filijs eius cunctis
diebus. In diebus eius recessit edom
ne esset sub iuda: et cõstituerũt sibi regẽ.
Venitq̃ ioram trans: et omnis exercitus
eũ eo. Et surgens nocte: percussitq̃ edo-
mitos qui eum circumdederant. et prin-
cipes curruũ. Populus aũt fugit in
tabernacula sua. Recessit ergo edom ne
esset sub iuda usq̃ ad diẽ hanc. Tunc
recessit et lobna i tempore illo. Reliqua
aũt sermonũ ioram et omnia que fecit:
nõne hec scripta sunt in libro verborũ
dierũ regũ iuda? Et dormiuit ioram
cum patribus suis: sepultusq̃ est cum
eis i ciuitate dauid: et regnauit ochos-
ias filius eius pro eo. Anno duodeci-
mo ioram filij achab regis israhel: regna-
uit ochozias filius ioram regis iude.
Viginti duo annorũ erat ochozias
cũ regnare cepisset: et vno ãno regna-
uit in ihrlm. Nomen matris eius a-
talia filia amri regis israhel: et ambula-
uit in viis domus achab: et fecit q̃d
malũ est coram domino sicut domus achab.
Gener enim domus achab fuit. Abijit
q̃ cum ioram filio achab ad pelian-
dũ contra asahel regem syrie in ramoth
galaad: et vulnerauerunt syri ioram.
Qui reuersus est: ut curaretur i israhel:
quia vulnerauerũt eũ syri in ramoth
pliante contra asahel regem syrie. Por-
ro ochozias filius ioram rex iuda de-
scendit inuisere ioram filium achab
in israhel: quia egrotabat ibi. IX

Heliseus autem propheta vocauit
vnũ de filijs prophetarũ: et ait
illi. Accinge lumbos tuos: et tolle len-
ticulã olei hanc in manu tua: et vade
in ramoth galaad. Cumq̃ veneris il-
luc: videbis iehu filium iosaphat filij
namsi. Et ingressus suscitabis eum
de medio fratrum suorũ: et introdues
in interior cubiculũ: effundesq̃ lenticulã
olei super caput eius: et dices.
Hec dicit dñs. Vnxi te regem super isra
hel. Aperiesq̃ ostiũ et fugies: et non
ibi subsistes. Abijit ergo adolescens pu
er prophete in ramoth galaad: et ingres-
sus est illuc. Ecce autem principes exercitus
sedebant. Et ait. Verbum mihi
ad te o princeps. Dixitq̃ iehu. Ad quẽ
ex omnibus nobis? At ille dixit. Ad te
o princeps. Et surgens: et ingressus est
cubiculum. At ille fudit oleum super
caput eius. Et ait. Hec dicit dominus
deus israhel. Vnxi te regem super plm
dominũ israhel: et populus domũ achab
dñũ tui. Et vlciscar sanguinẽ seruorũ
meorũ p̃phetarũ et sanguinem omnium
seruorũ dñi de manu iezabel: perdam
q̃ omnem domũ achab. Et interficia-
m de domo achab mingentem ad
parietem: et clausum et nouissimum
in israhel. Et dabo domũ achab sicut
domũ iheroboã filij nabach: et sicut
domũ baasa filij achia. Iezabel q̃q̃
comedent canes in agro iezrahel: nec
erit qui sepeliat eam. Aperuitq̃ ostium
et fugit. Iehu autem ingressus est ad
seruos dñi sui. Qui dixerũt ei. Sedne
sunt omnia? Quid venit insanus iste
ad te? Qui ait eis. Nosstis hominem:
et quid locutus sit. At illi respoderũt
falsum est: sed magis narra nobis.
Qui ait eis. Hec et hec locutus est mihi.
Et ait. Hec dicit dominus. Vnxi te
regem super israhel. Festinauerũt itaq̃:
et vnusquisq̃ tollens pallium suum
posuerunt sub pedibus eius in sumi-
tudinem tribunalis: et cecinerũt tuba
atq̃ dixerunt. Regnabit iehu. Coniu-
rauit ergo iehu filius iosaphat filij
namsi contra ioram. Porro ioram
obsederat ramoth galaad ipse et omis

israhel cõtra achab regẗ syrie: et reuersus fuerat ut carceres i israhel ꝓter vulnera: quia vulnerat eum syri prelium cõtra achab regẗ syrie. Dixitq; ihu. Si placet vobis nemo egrediatur profugus de ciuitate: ne vadat et nũtiet in israhel. Et ascendit: et profectus est i israhel. Joram eni egrotabat ibi: et ochozias rex iuda descenderat ad visitandũ ioram. Ignur speculator qui stabat sup turrim israhel: vidit globũ ihu venientis. Et ait. Video ego globũ. Dixitq; ioram. Tolle currum: et mitte i occursum eoꝝ: et dicat vadens. Gedeat sit omnis? Abijt ergo qui ascendebat currum in occursũ eius. Et ait. Hec dicit rex. Parata sunt omnia? Dixitq; ihu. Quid tibi ꝯ pacẗ? Transi et sequere me. Nũciauit q̃q speculator dicẽs. Venit nũcius ad eos: et non reuertitur. Misit etiam currum equorum secũm: venitq; ad eos: et ait. Hec dicit rex. Siquid pax est? Et ait ihu. Quid tibi et pacẗ? Transi et sequere me. Nũciauit auẽ speculator dicẽs. Venit usq; ad eos: et non reuertitur. Est autẽ incessus quasi incessus ihu filij nansi. Precepe enẽ gradiuntur. Et ait ioram. Iungite currũ. Iunxerũtq; currũ eius. Et egressus est ioram rex israhel et ochozias rex iuda: singuli i curribus suis. Egressusq; sunt i occursum ihu: et inuenerũt eum in agro naboth israhelite. Cumq; vidisset ioram ihu: dixit. Pax est ihu? At ille respondit. Quae pax? Adhuc fornicationes izabel matris tue: et venefitia eius mira vigent. Conuertit aũt ioram manum suã: et fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro ihu tendit arcũ manu: et percussit ioram inter scapulas: et egressa est sagitta ꝑ cor eius: statimq; corruit in curru suo. Dixitq; ihu ad badacher ducem. Tolle proiice eum in agro naboth israhelite. Memini enim quando ego et tu sedentes in curru sequebamur achab patrem huius: q̃ dominus onus hoc leuauerit sup eum dicẽs. Si nõ ꝑ sanguine naboth: et pro sanguine filiorũ eius quos vidi hesi ait dns: reddã tibi in agro isto dicit dns. Nũc ergo tolle et proice eum in agro: iuxta verbũ dñi. Ochozias autem rex iuda videns hoc fugit ꝑ viam domus: persecutusq; est eũ ihu: et ait. Etiã hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eũ i ascensu gaber: qui est iuxta iblaã. Qui fugit i mageddo: et mortuus est ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum: et tulerunt in ierusalem: sepelieruntq; in sepulcro cum patribus suis in ciuitate dauid. Anno undecimo ioram filij achab regis israhel regnauit ochozias super iudam: venitq; ihu in israhel. Porro izabel audiuit et ipsa: ornauit caput suũ: et respexit ꝑ fenestrã ingredientẗ ihu ꝑ portam: et ait. Numquid pax potest esse zambri: q̃ interfecit dñm suũ? Leuauitq; ihu faciem suam ad fenestrã et ait. Que est ista? Et inclinauerũt se ad eũ duo vel tres eunuchi: et dixerũt. Hec est illa izabel. Et ille dixit eis. Precipitate eam deorsum. Et ꝓcipitauerũt eam. Aspersusq; ẗ sanguine parietes: et equorum ungule cõculcauerũt eam. Cumq; ingressus esset ut comederet bibereq; ait. Ite et videte maledictam illam et sepelite eam: quia filia regis ẗ. Cumq; issent ut sepelirent eam: non inuenerũt nisi calvariã et pedes a summas manus. Reuersiq; nunciauerũt ei. Et ait ihu. Sermo dñi est: quem locutus est

per seruum suum heliam thelbiten dicens. In agro israhel comedent canes carnes izabel. Et erunt carnes izabel sicut stercus super faciem terre in agro israhel: ita ut preteruntes dicant. Ecccine est illa izabel?

Erant autem achab septuaginta filij in samaria. Scripsit ergo ihu litteras: et misit i samariam ad optimates ciuitatis: et ad maiores nati et ad nutricios achab dicens. Statim ut acceperitis litteras has qui habetis filios dñi vestri: et currus et equos et ciuitates firmas: et arma: eligite meliores et eũ qui vobis placuerit de filijs domini vestri: et ponite super solium patris sui: et pugnate pro domo dñi vestri. Timuerunt illi vehementer: et dixerunt. Ecce duo reges nõ poterunt stare coram eo: et quomõ nos valebimus resistere? Miserunt ergo ꝓsiti domus et prefecti ciuitatis et maiores nati et nutricij ad ihu dicentes. Servi tui sumus: quicquid iusseris faciemus: nec cõstituemus nobis regẗ. Quecũq; tibi placuerit fac. Scripsit autem eis litteras secũdo dicens. Si mei estis et obedire michi: tollite capita filiorum dñi vestri: et venite ad me hac eadem hora cras i israhel. Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumq; venissent littere ad eos: tulerunt filios regis et occiderũt septuaginta viros: et posuerunt capita eorũ i cophinis et miserũt ad eum i israhel. Venit aũt nuncius ad eũ: et indicauit ei dicens. Attulerũt capita filiorum regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos acervos iuxta introitum porte usq; mane. Cumq; diluxisset egressus ẗ: et stãs dixit ad omnẗ populũ. Iusti estis. Ei ego conspiraui contra dñm meũ et interfeci eum: quis quis occidit omnes hos? Videt ergo nũc quoniã non cecidit de sermonibus dñi in terram quos locutus est dominus super domũ achab: et dñs fecit q̃d locutus est in manu serui sui helie. Percussit igitẗ ihu omnes qui reliqui erãt de domo achab in israhel: et omnes optimates eius: et notos: et sacerdotes: donec non remaneret ex eo reliquie. Et surrexit: et venit in samariã. Cumq; venisset ad cameram pastorũ in via: inuenit fratres ochozie regis iuda: dixitq; ad eos. Qui nam estis vos? Qui responderũt. Fratres ochozie sumus: et descendimus ad salutandos filios regis: et filios regine. Qui ait. Coprehendite eos viuos. Quos cũ comprehendissent viuos: iugulauerunt eos in cisterna iuxta camerã quadragita duos viros: et nõ reliquit ex eis quemq;. Cumq; abisset inde inuenit ionadab filium rechab in occursum sibi: et benedixit ei. Et ait ihu ad eũ. Numquid ẗ cor tuum rectum cum corde meo sicut cor meũ cũ corde tuo? Et ait ionadab. Est. Si est inquit: da manũ tuã. Qui dedit ei manũ suã. At ille leuauit eũ ad se in currum: dixitq; ad eum. Veni mecum: et vide zelum meum pro dño. Et imposituũ in curru suo duxit in samariã. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de achab in samaria usq; ad vnum: iuxta verbũ dñi quod locutus est p heliam. Congregauit ergo ihu omnem ꝑplem: dixit ad eos. Achab coluit baal parum: ego aũt colam eũ amplius. Nunc igitur omnes ꝑphetas baal: et omnes seruos eius et omnes sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificium enim grande est michi baal.

Quicũq; defuerit non viuet. Porro
ichu fabricabat hoc insidiose: ut disper-
dere cultores baal. Et dixit. Sancti-
ficate diem solemnẽ baal. Vocauitq;
et misit in uniuersos terminos israel: et
uenerunt cuncti serui baal. Non fuit
relictus ne unus quidẽ: qui non ue-
niret. Et ingressi sunt templum baal.
Et repleta est domus baal: a summo
usq; ad summũ. Dixitq; hijs qui pre-
erant super uestes. Proferte uestimenta
uniuersis seruis baal. Et protulerunt
eis uestes. Ingressusq; ichu ⁊ ionadab
filij rechab ẽplum baal: ait cultoribus
baal. Perquirite et uidete: ne quis fo-
re uobiscũ sit de seruis dñi: sed ut sint
serui baal soli. Ingressi sunt igitur ut
facerent uictimas et holocausta: ichu
autẽ parauerat sibi foris octoginta
uiros: et dixerat eis. Quicũq; fugerit
de hominibus hijs quos ego addu-
xero ĩ manus uras: anima eius erit
pro aia illi⁹. Factum est autem cum
completum esset holocaustũ: precepit
ichu militibus ⁊ ducibus suis. Ingre-
dimini et percute eos. Nullus euadat.
Percusseruntq; eos in ore gladij et pro-
iecerunt milites ⁊ duces. Et ierunt in
ciuitatem templi baal et protulerunt
statuã de phano baal: et cõbusserunt
et cõminuerunt eam. Destruxerunt ẽ
dem baal: et fecerũt pro ea latrinas
usq; in diem hanc. Deleuit itaq; ichu
baal de israel: ueruntamen a peccis ihero-
boã filij nabach qui peccare fecit israhel nõ recessit: nec dereliquit uiculos
aureos qui erant in bethel et in dan.
Dixit autẽ dominus ad ichu. Quia
studiose egisti nõ redũ erat et placuisti
in oculis meis: et omnia que erant in
corde meo fecisti contra domũ achab:
filij tui usq; ad quartã generationẽ
sedebunt super thronũ israel. Porro ichu
non custodiuit ut ambularet in lege
dñi dei israel: in toto corde suo. Non enĩ
recessit a peccatis iheroboam: qui pecca-
re fecerat israel. In diebus illis cepit dñs
tedere super israhel. Percussitq; eos
asahel in uniuersis finibus israhel: a
iordane contra orientalem plagam:
omnẽ terram galaad et gad ⁊ ruben
et manasse: ab aroer que est super torren-
tem arnon et galaad et basan. Reliq;
autẽ verborũ ichu et uniuersa que fecit et
fortitudo eius: nonne hec scripta sũt
in libro verborũ dierũ regum israhel:
Et dormiuit ichu cũ patribus suis: sepe-
lieruntq; eum in samaria: et regnauit
ioachaz filius eius pro eo. Dies autem
quos regnauit ichu super israhel ui-
ginti et octo ãni fuerũt ĩ samaria. ¶

Atalia uero mater ochozie uidens
mortuũ filiũ suũ: surrexit et in-
terfecit omnẽ semen regiũ. Tollens autẽ
iosaba filia regis ioram soror ochozie
ioas filiũ ochozie furata est eũ de me-
dio filiorũ regis qui interficiebãtur et
nutricẽ eius de cubiculo: et absconderũt eũ
a facie atalie ut nõ interficeretur: erat-
q; cũ ea per ãnis clam ĩ domo dñi. Porro
atalia regnauit super terrã septem
ãnis. Anno autẽ septimo misit ioiada
et assumẽs centuriones ⁊ milites introi-
duxit ad se in templũ dñi: pepigitq; cũ
eis fedus. Et adiurãs eos in domo
dñi ostendit eis filiũ regis: et precepit
illis dicens. Iste ẽ sermo quẽ facere de-
beris. Tertia pars uestrũ intrabit sabba-
to: et obtinebit custodias domus regis.
Tertia autẽ pars sit ad portã hor: ⁊ ter-
tia pars sit ad portam que est post
habitaculum satellitũ: et custodietis
excubias domus mee. Que uero pa-
tres e uobis omnes egrediẽtes sabbato

custodiant excubias domus domini
circa regem: et uallabitis eũ habentes
arma in manibus uestris. Si quis autẽ
ingressus fuerit septum templi: interfe-
ciatur. Eritisq; cũ rege introeunte et e-
grediente. Et fecerũt centuriones iuxta
omnia que preceperat eis ioiada sacerdos.
Et assumẽtes singuli uiros suos qui
ingrediebantur sabbatũ cum hijs qui
egrediebantur e sabbato: uenerũt ad
ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis ha-
stas et arma regis dauid: que erant ĩ
domo dñi. Et steterũt singuli habentes
arma ĩ manu sua a parte ẽpli dextra
usq; ad partem sinistrã altaris ⁊ edis-
circum regẽ. Produxitq; filiũ regis: ⁊
posuit super eũ diadema et testimoniũ:
fecerũtq; eum regem ⁊ unxerũt: et plau-
dentes manu dixerũt. Viuat rex. Au-
diuit autẽ atalia uocem pli currentis:
et ingressa ad turbas in templum dñi:
uidit regẽ stantẽ super tribunal iuxta
morem ⁊ cantores ⁊ turbas que tum-
pãnis: ⁊ pulsantes tubis: et canentes
tubis: ⁊ fudit uestimenta sua clamauit
q; Conspiratio conspiratio. Precepit
autẽ ioiada centuriobus qui erãt super
exercitum: et ait eis. Educite eam extra
septa templi: et quicũq; eam sequitus
fuerit: feriatur gladio. Dixerat enĩ sa-
cerdos: non occidatur in templo dñi.
Impositerũtq; ei manus et impegerũt
eam per uiam introitus equoũ iuxta
palatium: et interfecta est ibi. Pepigit
ergo ioiada fedus inter deum et regẽ
et inter pplũ: ut esset populus domini:
et inter regem et populũ. Ingressusq;
est omnis populus terre ẽplum baal:
et destruxerunt aras eius: et ymagines
contriuerũt ualide: mactauq; quoq; sa-
cerdotem baal occiderũt coram altari.
Et posuit sacerdos custodias ĩ domo

dñi: tulitq; centuriones ⁊ cheretei ⁊ phe-
leti legiones et omnẽ populum terre:
deduxerũtq; regẽ de domo domini. Et
uenerunt per uiam porte satellitiorum
in palatiũ: et sedit super thronũ regum.
Letatusq; est omnis populus terre: ⁊ ci-
uitas conquieuit. Atalia autẽ occisa est
gladio ĩ domo regis: septemq; ãnos
erat ioas cum regnare cepisset. ¶

Anno septimo ichu regnauit ioas.
Quadraginta annis regnauit
in ierusalẽ: nomen matris eius sebia
de bersabee. Fecitq; ioas rectũ coram
domino cunctis diebus quibus docuit
eum ioiada sacerdos: uerumtamen ex
celsis nõ abstulit. Adhuc enĩ populus
immolabat et adolebat in excelsis in
censum. Dixitq; ioas ad sacerdotes.
Omnẽ pecuniã sanctorũ que illata fue-
rit in templum domini a pretereuntibus
que offertur pro pcio aiẽ et quã sponte
et arbitrio cordis sui inferit in tem-
plum domini: accipiant illã sacerdo-
tes iuxta ordinem suum: ⁊ instaurent
sarcireda domus si quid necessarium
uiderint instauratione. Igitur usq;
ad uicesimum tertium annum regis
ioas: nõ instaurauerunt sacerdotes
sarcireda templi. Vocauitq; rex ioas
ioiadam pontificem et sacerdotes: di-
cens eis. Quare sarcireda nõ instau-
ratis templi? Nolite ergo ampli⁹ acci-
pere pecuniã iuxta ordinem uestrum:
sed ad instaurationem templi reddite
eã. Prohibitiq; sũt sacerdotes ultra ac-
cipere pecuniã a pplo: ⁊ instaurare sarci-
reda dom⁹. Et tulit ioiada pontifex ga-
zophilacium unũ: aperuitq; foramen de-
super: et posuit illud iuxta altare ad de-
tram ingredientiũ domum domini:
mittebantq; in eo sacerdotes qui custo-
diebant oblia omnem pecuniam que

deferetur ad templū dñi. Cūq; viderēt
nimiā pecuniā esse in gazophilacio
ascendebat scriba regis et pontifex et
fundebātq; et numerabāt pecuniam
que inueniebatur in domo dñi: et dabāt
eam iuxta numerū atq; mensuram in
manu eorum q̄ preerant mercatūrijs
domus dñi. Qui impendebāt eam in
fabricis lignorū: et in cementarijs hijs q̄
operabant in domo dñi: et sarcatecta
faciebāt: et in hijs q̄ erdebant saxa: et
ut emerent ligna et lapides qui egrēdē-
bantur: ita ut impleretur instauratio
domus dñi in omnibus q̄ indigebāt
expensa ad munierēdā domū. Verum-
tamen nō fiebāt ex eadē pecunia vrie
templi dñi et fuscinule et thuribula et
tube et omne vas aureū et argenteū: de
pecunia que inferebatur in templum
domini. Hijs enim qui faciebāt opus
dabatur ut instauraretur templum dñi.
Et non fiebat ratio hijs hominibus
qui accipiebāt pecuniā ut distribuerēt
eam artificibus: sed in fide tractabāt eā.
Pecuniam vero pro delicto et pecuniā
pro peccatis nō inferebant in templū
domini: quia sacerdotum erat. Tunc
ascendit azahel rex syrie et pugnabat
contra geth: cepitq; eā. Et direxit faciē
suā ut ascenderet in ihrsln. Quāobrē
tulit ioas rex iuda omnia sanctificata
que cōsecrauerat iosaphat: et ioram et
ochozias patres eius reges iuda: et que
ipse obtulerat: et uniuersum argentū
qd inueniri potuit in thesauris templi
domini: et in palatio regis: misitq;
azahel regi syrie: et recessit ab ihrusalē.
Reliqua autē sermonū ioas et uniūsa
que fecit: nōne hec scripta sunt i libro
verborū dierū regū iuda? Surrexerūt
autē serui eius et coniuraueruīt inter se:
percusseruntq; ioas in domo mello in
descensu sela. iozachar namq; filius
semaath et iozabath filij somer serui eius
percusserūt eū: et mortuus ē. Et sepiuerūt
eū cū patribus suis i ciuitate dauid: regna-
uitq; amasias filij eius p eo.

XIII

Anno viccesimoseptimo ioas filij ocho-
zie regis iude: regnauit ioachaz
filius iehu sup israhel in samaria decem
et septem annis: et fecit malū coram
dño. Secutusq; est peccata ieroboā
filij nabath qui peccare fecit israhel: et
nō declinauit ab eis. Iratusq; ē furor
domini contra israhel: et tradidit eos
in manu azahel regis syrie et in manu
benadab filij azahel cunctis diebus. De-
precatus est autē ioachaz faciem dñi:
et audiuit eum dominus. Vidit enim
angustiā israhel: quia arciuerat eos
rex syrie. Et dedit dominus saluatorē
israheli: et liberatus ē de manu regis
syrie: habitauerūtq; filij israhel i ten-
toriis suis sicut heri et nudiustertius.
Verumtamen nō recesserūt a peccatis
domus ieroboā qui peccare fecit isra-
hel: sed i ipis ambulauerūt. Siquidē
et lucus ymansit in samaria: et ngn
sunt derelicti ioachaz de populo nisi
quinquaginta equites: et decem curus
et decem milia peditū interierat enim
eos rex syrie: et redegerat quasi pulueri
in tritura aere. Reliqua autē sermonū
ioachaz et uniuersa que fecit et fortitu-
do eius: nōne hec scripta sunt in libro
sermonū dierū regū israhel? Dormiui
q; ioachaz cum patribus suis: et sepe-
lierunt eū i samaria: regnauitq; ioas
filius eius pro eo. Anno viccesimosep-
timo ioas regis iuda regnauit ioas fi-
lius ioachaz sup israhel in samaria
sedecī ānis: et fecit qd malū i conspe-
ctu domini. Non declinauit ab omnibus
peccatis ieroboam filij nabath qui

peccare fecit israel: sed i ipis ambulauit.
Reliqua autē sermonū ioas et uniuer-
sa que fecit: et fortitudo eius quomodo
pugnauerit contra amasiā regē iude-
nōne hec scripta sunt i libro sermonū
dierū regū israel? Et dormiuit ioas cum
patribus suis: ieroboā autē sedit super so-
lium eius. Porro ioas sepultus ē in
samaria cū regibus israel. Heliseus autē
egrotabat infirmitate qua et mortuus
est. Descendit q; ad eum ioas rex israel:
et flebat coram eo: dicebatq; pater mi-
pater mi: curcus israel et auriga eius. Et
ait illi heliseus. Affer arcū et sagittas.
Cūq; attulisset ad eū arcū et sagittas:
dixit ad regem israel. Pone manū tuā
super arcū. Et cū posuisset ille manū
suam: supposuit heliseus manus suas
manibus regis: et ait. Aperi fenestrā
orientalē. Cūq; aperuisset dixit heli-
seus iace sagittam. Et iecit. Et ait heli-
seus. Sagitta salutis dñi: et sagitta
salutis contra syriā. Percutiesq; syriā
in aphec: donec adunas eam. Et ait.
Tolle sagittas. Qui cū tulisset: rursū
dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cum
percussisset eas viribus et fortiter: irat?
est vir dei contra eū: et ait. Si percussisses
quinquies aut sexies sunt sepiies: percu-
sisses syriā usq; ad cōsumnationem.
Sed ait tribus vicibus percuties eam.
Mortuus est ergo heliseus: et sepelierūt
eū. Latruculi autē de moab venerunt
in terrā in ipo anno. Quidā autē sepe-
lientes hominē viderūt latruculos: et
proiecerunt cadauer in sepulcro heliset.
Quod cū tetigisset ossa heliseus reuixit
homo: et stetit sup pedes suos. Igitur
azahel rex syrie afflixit israel: cūctis diebus
ioachaz. Et miseretus est dñs eorum:
et reuersus est ad eos: propter pactū suū
qd habebat cum abraham et ysaac
et iacob: et noluit disperdere eos neq;
proiicere penitus usq; in presens tempus.
Mortuus autē est azahel rex syrie: et re-
gnauit benadab filius eius pro eo. Por-
ro ioas filius ioachaz tulit vrbes de
manu benadab filij azahel quas ui-
cerat de manu ioachaz pris sui: iure
prelij. Tribus vicibus percussit eū io-
as: et reddidit ciuitates israel.

XIIII

In anno secdo ioas filij ioachaz
regis israhel: regnauit amasias
filius ioas regis iuda viginti quinq;
annorū erat cū regnare cepisset: viginti
autē et nouem annis regnauit i ihrsln.
Nomen matris eius ioadan de iheru-
salem. Et fecit rectum coā dño: veru-
tamen non ut dauid pater eius. Iuxta
oniia que fecit ioas pater suus fecit:
nisi hc tantū qd excelsa non abstulit.
Adhuc enī ppls adolebat et immola-
bat incensum in excelsis. Cūq; obti-
uisset regnū percussit seruos suos qui
interfecerāt regem patre suum: filios
autē eorū q̄ occiderat nō occidit: iuxta
quod scriptū est in libro legis moysi
sicut precepit dñs dicēs. Non morient
patres p filijs neq; filij pro patribus: sed
unusquisq; in peccato suo morietur.
Ipse percussit edom i valle salinarum
decem milia: et apprehendit petrā i pelio:
vocauitq; nomen eius iecthel usq; in
presentem diem. Tunc misit amasias
nuntios ad ioas filium ioachaz filij
iehu regis israhel dicens. Veni et vi-
deamus nos. Remisitq; ioas rex isra-
hel ad amasiā regē iuda dicens. Car-
duus libani misit ad cedrum que est
in libano dicens. Da filiam tuā filio
meo vxorem. Transieruntq; bestie sylve
que sunt in libano: et conculcauerunt
cardum. Percutiens inualuisti super
edom: et elevauit te cor tuū. Content

ecto gloria: et sede in domo tua. Quare pugnas malũ: ut cadas tu et iuda' tecũ? Et nõ acquiuit amasias. Ascendit ergo ioas rex israhel: et videlicet se ipse et amasias rex iuda in bethsames oppido iude. Percussus est iuda coram israel: et fugerũt unusquisq; in tabernacula sua. Amasiã uero regẽ iuda filiũ ioas filij ochozie cepit ioas rex israel in bethsames: et adduxit eũ in ierusalẽ. Et intercepit murũ ierusalẽ a porta effraim usq; ad portam anguli · quadringentis cubitis. Tulitq; quãe aurẽ et argentũ ꝛ uniuersa uasa q̃ inuenta sunt i domo dñi et in thesauris regis ꝛ obsides: et reuersus est in samariã. Reliqua aũt uerbor ioas q̃ fecit ꝛ fortitudo eius qua pugnauit cõtra amasiã regẽ iuda · nõne hec scripta sunt in libro sermonum dierũ regum israhel? Dormiuitq; ioas cum patribus suis et sepultus est in samaria cum regibꝫ israhel: et regnauit ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem amasias filius ioas rex iuda. Postq; mortuus est ioas filius ioachaz regis israhel: viginiquinq; annis. Reliqua autem sermonum amasie · nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dierum regum iuda? Factaq; est contra eũ cõiuratio in ierusalẽ: at ille fugit i lachis. Misitq; post eũ i lachis et interfecerũt eum ibi: et asportauerunt in equis: sepultusq; est ierusalem cũ pãtribus suis in ciuitate dauid. Tulit aũt uniũsus populus iude azariã annos natum sedecim: et constituerunt eum regẽ pro patre eius amasia. Ipse edificauit ahilam: et restituit eã iude postq; dormiuit rex cum patribus suis. Anno quinto decimo amasie filij ioas regis iude regnauit ieroboã filius ioas regis israel in samaria quadraginta et uno anno: ꝛ fecit quod malum est coram dño. Non recessit ab omnibus peccatis ieroboã filij nabath: qui peccare fecit israhel. Ipse restituit terminos israhel ab introitu emath usq; ad mare solitudinis: iuxta sermonem domini dei israhel quẽ locutus est per seruũ suum ionam filiũ amathi ꝓphetã: qui erat de geth que est in ophet. Vidit enim dñs afflictionẽ israhel amarã nimis: et q̃ cõsumpti essent usq; ad clausos carceres et egressos: et nõ esset q̃ auxiliaretur israhel. Sed locutus est dñs ut deleret nomẽ israhel de sub celo: sed saluauit eos in manu ieroboam filij ioas. Reliqua aũt sermonũ ieroboam et uniuersa que fecit: ꝛ fortitudo eius qua pugnauit: et quomõ reduxit damascum et emath iude in israhel: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierũ regũ israhel? Dormiuitq; ieroboã cũ pãtribus suis regibꝫ israel: et regnauit zacharias filij eius pro eo. XV

Anno uicesimo sexto ieroboã regis israel regnauit azarias filius amasie regis iuda. Sedecim annos erat cum regnare cepisset: ꝛ quinquaginta duobus annis regnauit in ierusalem. Nomen matris eius iecelia de ierusalem. Fecitq; ꝗd erat placitũ coram dño: iuxta omnia que fecerat amasias pater eius: ueruntamen excelsa nõ ablata sunt. Adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Percussit aũt dñs regem: et fuit leprosus usq; in diem mortis sue: ꝛ habitabat i domo liberaꝫ seorsum. Ioachan uero filius regis gubernabat palatiũ: et iudicabat populũ terre. Reliqua aũt sermonum azarie et uniũsa que fecit: nõne hec scripta sunt in libro uerborꝫ dierũ

rex super filios israel. Bale filius beo
or: z nomē ciuitatis eī dinaba. Mor
tuus est autem bale: z regnauit pro eo
iobab filius zare de bosra. Cumq̃ mo
rtuus fuisset iobab: regnauit pro eo
husan de terra themanorum. Mortu
us quoq̃ z husan: z regnauit. p eo adad
filius badad qui percussit madian in
terra moab: z nomen ciuitatis eius

auith. Cumq̃ et adad fuisset mortu
us: regnauit pro eo semla de masreca.
Sed et semla mortuus est: z regnauit
pro eo saul de rooboth q̃ iuxta am
nem sita est. Mortuo q̃ saul regna
uit pro eo balaana filius achobor.
Sed et hic mortuus est: et regnauit
pro eo adad ciuis urbis nomen fuit
phai. et appellata est uxor eius metheca
bel filia matred. filie mezaab. Mortu
adad autem mortuo: duces pro regibus in
edom esse cepere. Dux thamna. dux
alia. dux ietheth. dux oolibama. dux
hela. dux phinon dux cenez dux the
man. dux maplar. dux magdihel.
dux hiram. Hij duces edom.

Filij autem israel: ruben simeon leui
iuda isachar et zabulon: dan
ioseph beniamin. neptalim gad et a
ser. Filij iuda: her. onan z sela. Hij tri
nati sunt ei de filia sue chanaanitidis.
Fuit autē her primogenitus iuda mal
uā dñō: et occidit eū. Thamar autē
nurus eius peperit ei phares et zara.
Omnes ergo filij iuda quinq̃. Filij
autem phares: esrom et amul. Filij
quoq̃ zare: zamri. et ethan et eman.
chalcal q̃ z darda. simul quinq̃. Filij
charmi: achar qui turbauit isrl et pe
cauit i furto anathematis. Filij ethan:
azarias. Filij autē esrom qui nati sūt
ei: iecamehel. z ram z calubi. hic est ra
leph. Porro ram genuit aminadab:
aminadab aūt genuit naason principē
filioꝝ iuda. Naason q̃ genuit salma:
de quo ortus est booz. Booz vero ge
nuit obed: qui z ipse genuit isai. Isai
aūt genuit primogenitū heliab: secundū
abinadab. tertiū semmaha quartū
nathanael. quintū raddai sextū asom
septimū david: quoq̃ sorores fuerūt
saruia et abigail. Filij saruie: abisai
ioab et asahel tres. Abigail autē ge
nuit amasa: cui' pater fuit gether ismae
helites. Caleb vero filius esrom acce
pit uxorem noie azuba: de qua genui
t ieriioth. Fuerūtq̃ filij eius iaser et so
bab et ardon. Cumq̃ mortua fuisset
azuba accepit uxorem caleb ephrata:
que peperit ei ur. Porro ur genuit uri:
et uri genuit beselehel. Post hec ingres
sus est esrom ad filiam machir patris
galaad: et accepit eam cum esset ānorum
sexaginta. Que peperit ei segub:
sed et segub genuit iair et possedit vi
gintiores ciuitates i terra galaad. Le
pitq̃ gesur z aran oppida iair: et
ranath et vicolos eius sexaginta ciui
tatum. Omnes isti filij machir patris
galaad. Cū aūt mortuus esset esrom:
ingressus est caleb ad ephrata. habu
it quoq̃ esrom uxorem abia: que pe
perit ei assur patrem tecue. Siai fuit
aūt filij iecamehel. primogenitus esrom
ram primogenitus eius: et buna et
aram et aseu et achia. Duxit quoq̃
uxorem alterā iherameel nomine at
thara: que fuit mater onam. Sed z fi
lij ram primogenii iherameel fue
runt moos ioamin et achar. Onam
aūt habuit filios semei et iaden. Filij
aūt semei: nadab et abysur. Nomen
vero uxoris abisur abiathil: que pepe
rit abyban z molid. Filij aūt nadab:
fuerūt saled et aphaim. Mortuus est
aūt saled absq̃ liberis. Filius vero ap
phaim isi: qui isi genuit selan. Por
ro selan genuit zaalai. Filij aūt iadai
fratris semei ietheer z ionathan. Sed et ie
ther mortuus ē absq̃ liberis. Porro io
nathan genuit phaleth et ziza. Isti
fuerunt filij ierameel primogenii es
rom. Selan aūt non habuit filios
sed filias: et seruū egiptium nomine

ircaa. Dedicq; ei filiam suam vxorē:
que peperit ei ethei. Ethei autē genuit
nathan: et nathan genuit zabad. Za-
bad quoq; genuit ophal: et ophal ge-
nuit obed. Obed genuit iehu: iehu ge-
nuit azariam. Azarias genuit helle:
et helles genuit helasa. Helasa genuit
sisamoy: sisamoy genuit sellum. Bel-
lum genuit iekamian iekamia autem
genuit elisama. Filij autem caleb fra-
tris ierameihel: nesa primogenitus e-
ius: ipse ē pater ziph filij maresa pris
hebron. Porro filij hebron chore et
raphua et reeem et samma. Samma
aut genuit raam pater iercha aam: et re-
eem genuit seumei: filij seumei maon:
et maon pater bethsur. Epha autē con-
cubina caleb peperit aran et musa et
gezez. Porro aran genuit gezez: filij
ahaddai regam: ioathan et gesan:
phalech et epha et saaph. Concubina
caleb maacha peperit saber et tharana.
Genuit autē saaph pater madmena
sue pater machbena: et patrem gabaa.
Filia vero caleb fuit achsa. Hij erant
filij caleb filij ur primogenitj ephra-
ta: sobal pater cariathiarim: salma pa-
tre bethleem: ariph pater bethgader.
Fuerunt aut filij sobal patris cariath-
iarim: qui videbat dimidiū requieci-
onis: de coniugatione cariathiarim:
iethrei: aputhei: seuathei: maserei.
Ex hijs egressi sunt saraite: et ethaho-
lite. Filij salma: bethleem: et netopha-
ti corone domus ioab: et dimidiū re-
quietionis saraī. Coniugationē quoq;
scribarū habitantū in iabes sanctuē
ant resonātes: et in tabernaculis com-
morantes. Hij sunt cinei: qui venerūt
de calore patris domus rechab. III

Dauid vero hos habuit filios q̄ ei
nati sūt i hebron. Primogenitū
ammon: et achinoam iezrahelitide:
secūm daniel de abigail carmelitide: se-
cundum absalon filij maacha filie tho-
lomei regis gessur: quartū adduiam
filium aggith: quintū saphatiam de
abital: sextum iethream de egla vxo-
re sua. Hęc ergo nati sunt ei i hebron:
vbi regnauit septem ānis: et sex men-
sibus. Porro in ierusalem regnauit
annis tribus. Hęc autem nati sunt ei in
ierusalem. Porro ibersalem
nati sunt ei filij: hymaa: et sobab: et na-
than: et salomon quatuor de bethsue
filia ammiel. Jesaar quoq; et helisua: et
elipheleth: et noge: et naphig: et iaphie
necnō elisama: et eliade: et eliphaleg no-
uem. Omnes hij filij dauid absq; filijs
concubinarū: habuerūq; sororem thamar.
Filius autem salomonis roboa-
am: cuius abia filius genuit asa. De
hac quoq; natus est iosaphat pater
joram: qui joram genuit oziam: et
quo natus est joas: et huius amasia:
filius genuit azariam. Porro azarie
filius ioathan procreauit achaz pa-
trem ezechie: de quo natus est manas-
ses: sed et manasses genuit amon pa-
trem iosie. Filij autem iosie fuerunt:
primogenitus iohannan: secūs ioakim
tertius sedechias: quartus sellum. De
ioakim natus est iechonias et sedechi-
as. Filij iechonie fuerunt asir qui sala-
thiel: melchiram: phadaia semsir: et
ieconia sama: et nadabia. De phadaia
orti sūt zorobabel et seumei. Zorba-
bel genuit mosollam ananiam et sa-
lomith: sororem eorū: asabam quoq;
et ohel et barachiam: et asadiam: iusa-
besed quinq;. Filius autem ananie
phaltias pater iheseie: cuius filius ra-
phaia. Hunus ē filius arnan: de quo
natus est obdia: cuius filius fuit sece-
nias. Filius sechenie semeia: cuius filij

amus et igeal et baria: et naaria et sa-
phat et selsa sex numero. Filius naarie:
eliohenai et ezechias et ezricā vero. Filij e-
lioenai oduia et heliasib et phelaia et ac-
cub et iohannan et dalaia et anan septē.
Filij inde: phares ezrom: et III
carmi et ur et sobal. Gabia vero
filij sobal genuit iaad de quo nati sūt
ahumai et laad. Hęc cognationes sa-
rathi. Ista quoq; stirps ethan: iezrahel
et iesrema et iedebos. Nomen quoq;
sororis eorū alalel phuni. Phuniel
aut pater gedor: et ezer pater osa. Isti sūt
filij ur: primogenitj ephrata patris beth-
leem. Assur vero pater thecue erat duo
vxores alaa et naara. Peperit autem
ei naara oozam et epher et themani
et aastari. Isti sunt filij naara. Por-
o filij alaa: seereth ysaar et ethnan.
Hęc autem genuit anob et sobeba
et cognationes aharel filij arum. Fuit
aut iabes inclitus per fratres suos: et
mater eius vocauit nomen illius ia-
bes dicens: quia peperi eum in dolore.
Inuocauit ergo iabes deum israhel
dicens. Si benedicens benedicetis mi-
chi et dilatauetis terminos meos: et
fuerit manus tua mecū: et feceris me
a malicia nō opprimi. Et prestitit deus
que precatus est. Caleph autem frater
eius genuit machir: q̄ fuit pater eshton.
Porro eshton genuit bethrapha et phase
et ethinna patrem vrbis naas. Hij
sunt viri recha. Filij autem cenez: othe-
niel et saraia. Porro filij othniel: a-
thar et maonathi. Maonathi genuit
ophra. Saraias autem genuit ioab
patrem vallis artificū. Ibi quippe ar-
tifices erāt. Filij vero caleph filij iephu-
ne: hur et hela et nabem. Filij quoq;
hela cenez: filij quoq; iaiel elizaphan et zi-
pha chiria et asrahel. Et filij ezra: iether
et mereth et epher et iabalon. Genuitq;
mariam: et sammai et isbba pater esth-
mamo. Vxor quoq; eius indaia peperit
iareth patrem gedor: et heber patrē so-
cho et ichutiel patrem zanoa. Hij au-
tem filij bithie filie pharaonis quā ac-
cepit mered: et filij vxoris ydaie sororis
nahan patris ceila carmi et esthamo
q̄ fuit de machati. Filij quoq; hunon:
amnon et rinnna filij anan et chilon:
et filij iesi zoeth et benzoeth. Filij sela
filij inde: her pater lecha: et laada pater
maresa: et cognationes domus ozanan
bissum in domo iuramentum: et q̄
fuere fere solem-viri; mendacij et secu-
rus et incedens: qui principes fuerunt
in moab: et que reuerse sunt in lehem.
Hęc autē vetera verba. Hij sunt figuli
habitantes in plantationibus et in se-
pibus apud regem in operibus eius:
commorantq; sunt ibi. Filij hymon:
nanuel et iamin iarib zara saul. Bel-
lum filius eius: mahlam filius eius:
masma filij eius. Filij masma: amu-
iel filius eius: zachur filius eius: seu-
mei filius eius. Filij seumei sedecim:
et filie sex. Fratres autem eius non ha-
buerunt filios multos: vniuersa co-
gnatio non potuit adequare summā
filiorum inde. Habitauerūt autem in
bersabee et molada et hasarsual et in
bala et in asom et in eholad et in ba-
thuel et in orma et in siclag et i bema-
rchaboth et in asarsusim et in bethbe-
rai et in saarim. Hęc ciuitates eorum
usq; ad regem dauid: villeq; earum e-
tham et aen rimmon et thoen et asan
ciuitates quinq; et vniuersi vicini eo-
rum per circuitum ciuitatum istarum usq;
ad baal. Hęc est habitatio eorum et
sedium distributio. Mosobab quoq;
et iemlech et iosa filius amasie et iozel

iehu filij ioiabie filij sarair filij abiijel
et eliomai ⁊ iaoda et iiuaia et asaia ⁊
adiijel ⁊ ismiijel ⁊ ismaia ziza quoq;
filius sephei filij allon. filij ydaia. filij
seuri filij samaia: isti sunt nominati
principes in cognationib⁹ suis: et in
domo affinitatum suaꝝ multiplicati
sunt vehementer. Et profecti sunt ut
ingrederent in gadar usq; ad orientem
vallis: ⁊ ut quererent pascua gregibus
suis. Inuenerunt;q; pascuas uberes et
valde bonas. et terram latissimam et
quietam et fertilem: in qua ante habi-
tauerant de stirpe cham. Hij ergo ver-
unt quos supra descripsimus nomi-
natim in diebus ezechie regis iude: ⁊
percusserunt tabernacula eorum et ta-
bitatores qui inuenti fuerant ibi: et de-
leuerunt eos usq; ad presentem diem: ha-
bitauerunt;q; p eis quoniam ubertimas
pascuas ibidem reperiebat. De filijs ih
ruben abierunt in montem seir viri quin-
genti habentes principes phaliam et
naariam et raphaiam et uziiel filius
isi: et percusserunt reliquias que euade-
re poterant amalechitarum: ⁊ habita-
uerunt ibi p eis usq; ad diem hãc. U

Filij ih ruben primogenii israhel:
ipse quippe fuit primogenitus e-
ius: sed cum violasset thorum patris
sui data sunt primogenita eius filijs
ioseph filij israhel: ⁊ nõ est ille reputa-
tus i primogenitu. Porro iudas qui
erat fortissimus inter fratres suos: de
stirpe eius principes geminati sunt:
primogenita autem reputata sunt io-
seph. Filij ergo ruben primogenti israh
el: enoch ⁊ phallu et eron et charmi fi-
lij iohel: samaia filius eius: gog filij
eius. semei filius eius. micha filij e-
rechia filius eius. baal filius eius. be-
ra filius eius: quem captiuum duxit
theglatfalasar rex assiriorum: et fuit
princeps in tribu ruben. Fratres autem
eius et uniuersa cognatio eius quando
numerabant per familias suas habu-
erunt principes iehiel ⁊ zacharia. Por-
ro bala filius azaz filij samma filij io-
hel: ipse habitauit in aroer usq; ad ne-
bo et beheron. Contra orientalem
quoq; plagam habitauit usq; ad in-
troitum deserti ⁊ fluuij euferam. Stu-
dium quippe innumerorum numerum pe-
tebant in terra galaad. In diebus
autem saul pertiati sunt contra agarenos
et interfecerunt illos: habitauerunq;
pro eis in tabernaculis eorum in omni
plaga que respicit ad orientem galaad.
Filij uero gad regionis eorum habita-
uerunt in terra basan usq; selecha: iohel
in capite et saphan secundus: iamai
autem ⁊ saphat in basan. Fratres uero
eorum secundum domos cognationum su-
arum: michael ⁊ mosollam ⁊ sebe ⁊ iori
et iachan et zie et heber septem. Hij filij
abiahil: filij uri filij iara filij galaad.
filij michael filij iesesi. filij iedde filij
buz. Fratres quoq; filij abdiel filij
guni principes domus in familijs sui-
is: et habitauerunt in galaad ⁊ in ba-
san et in uicinis eius: et in cunctis
suburbanis saron usq; ad termines.
Omnes hij numerati sunt in diebus
ioathan regis iude et in diebus iero-
boam regis israhel filij ruben et gad
et dimidie tribus manasse: uiri bella-
tores scuta portantes et gladios: et in
denos arcum tendentes ad filia qua-
draginta quatuor milia et septingen-
ti sexaginta procedentes ad pugnan-
dum inuenerunt contra agarenos: ipse-
ri uero ⁊ naphei et nodab prebuerit
eis auxilium. Tradiditq; sunt in manus
eorum agareni et uniuersi qui fuerint

cum eis: quia deũ inuocauerunt cum
pugnarentur: et exaudiuit eos eo quod
crediderent in eũ. Ceperunq; omnia
que possederat camelos; quinquaginta
milia: et ouium decuria quinqũgenta
milia. asinos duo milia: et animas
hominum centum milia. Euulnerati
autem multi corruerunt. Fuit enim bellũ
domini. Habitauerunq; pro eis usq;
ad transmigrationẽ. Filij ih dimidie
tribus manasse possederunt terram a
finib⁹ basan usq; baal hermon et sanir
et montem hermon. Ingens quippe
numerus erat. Et hij fuerãt principes
domus cognationis eorũ: efer. iesi ⁊ he-
liiel ezriiel ⁊ iheremia ⁊ oddia. ⁊ iediiel
uiri fortissimi et potentes: et nominati
duces i familijs suis. Deliquerũt autem
deum patrũ suorũ et fornicati sũt post
deos populorũ terre: quos abstulit dõs
coram eis: ⁊ suscitauit dõs israel spiritũ
phul regis assiriorũ ⁊ spiritũ teglatfa-
lasar regis assur: ⁊ transtulit ruben ⁊
gad et dimidiam tribum manasse et
addxit eos i ale et in abor et ara et
fluuiũ gozan usq; ad diẽ hãc. U

Filij leui: gerson caath et merari.
Filij caath: amram ⁊ ysaar ⁊ hebron
et oziiel. Filij amram: aarõ moyses
et maria. Filij aaron: nadab et abiu
eleazar et ythamar. Eleazar genuit
finees: ⁊ finees genuit abisue. Abisue
uero genuit bocci et bocci genuit ozi:
ozi genuit zaraiã et zaraias genuit
meraioth. Porro meraioth genuit a-
mariam ⁊ amarias genuit achitob:
achitob genuit sadoch et sadoch genu-
it achimaas. Achimaas genuit aza-
riam: azarias genuit iohannan. io-
hannan genuit azariam. Ipse est qui
sacerdotio functus est in domo quã edi-
ficauit salomon in ierusalẽ. Genuit
autẽ azarias amariã ⁊ amarias ge-
nuit achitob. Achitob genuit sadoch:
et sadoch genuit sellũ. Sellum genuit
helchiam: ⁊ helchias genuit azariam.
Azarias genuit zaraiam: ⁊ zaraias
genuit iosedech. Porro iosedech egre-
sus est quãdo transtulit dõs iudam et
ierusalem p manũ nabuchodonosor.
Filij ergo leui gerson caath et merari.
Et hec nomina filiorũ gerson: lobni
et semei. Filij caath: amram et ysaar
⁊ hebron ⁊ oziiel. Filij merari: mooli
et musi. Hec autẽ cognationes leui
secundum familias eorũ. Gerson: lo-
bni filius eius: iaath filij eius. zamma
filius eius. ioaa filius eius. addo filij
eius. zara filius eius: iethrai filius eius.
Filij caath: amminadab filius eius:
core filius eius. asir filius eius. helca-
na filius eius. abiasaph filius eius.
asir filius eius. caath filius eius. uriel
filius eius. ozias filij eius: saul filius eius.
Filij helcana: amasai ⁊ achimoth et
helcana. Filij helcana: sophai filij eius:
naath filius eius: heliab filius eius.
ieroam filius eius: helcana filij eius.
Filij samuel: primogenitus vasseni ⁊
abia. Filij autẽ merari: mooli: lobni
filius eius: semei filius eius. oza filius
eius. samaa filius eius. aggia filius
eius: asaia filius eius. Iti sunt quos
constituit dauid super cantores domi
domini ex quo collocata est archa: et
ministrabant coram tabernaculo testi-
monij canentes donec edificaret salo-
mon domũ dõi in ierusalẽ. Stabãt
autem iuxta ordinẽ suũ in ministerio.
Hij uero sunt qui assistebant cũ filijs
suis de filijs caath: heman cantor fi-
lius iohel. filij samuel filij helcana filij
ieroam filij heliiel filij thou filij suph
filij helcana. filij iohel filij maath filij

amasai filij helcana filij iothel filij azarie filij sophonie filij thaath filij assir. filij abiasaph. filij core filij ysaar filij caath filij leui. filij israhel: et frater eius asaph. qui stabat a dextris eius: asaph filius barachie. filij samaa. filij michael. filij balaie filij melchie. filij athanai. filij zara filij addia. filij ethan filij zamma filij semei filij ieth filij gerson filij leui. Filij autem merari fratres eorum ad sinistram: ethan filij chusi. filij abdi. filij maloch filij asabie filij amasie filij helchie filij amasai. filij bonni filij semer filij mooli. filij muli filij merari filij leui. Fratres quoque eorum leuite: q̃ ordinati sunt in omnem ministerium tabernaculi domus dñi. Aaron vero et filij eius adolebãt incensum super altare holocausti. et super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorum: et ut precarentur p̃ israel iuxta ofa que preceperat moyses seruus dei. Hij sunt autem filij aaron. Eleazar filius eius: finees filius eius. abisue filius eius. bocci filius eius. ozi filius eius. zaraia filius eius. meraioth filius eius. amaria filius eius achitob filius eius. sadoch filius eius: achimaas filius eius. Et hec habitacula eorum per vicos atq; confinia filiorum scilicet aaron iuxta cognationes eas habitant. Ipsis enim sorte contigerat dederunt igitur eis hebron in terra iuda et suburbana eius. per circuitum: agros autem ciuitatis et villas eiusdem filij iephune. Porro filijs aaron dederunt ciuitates ad confugiendum hebron et lobna et suburbana eius: ether quoq; et esthemo cum suburbanis suis. sed et helon et debir cum suburbanis suis: asan quoq; et bethsames et suburbana earum. De tribu autem beniamin gabee et suburbana eius: et almach cum suburbanis suis: anathot quoq; cum suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim: per cognationes suas. Filijs autem caath reliquis de cognatione sua. decem et dimidia tribu manasse i sortem ciuitates decem. Porro filijs gerson per cognationes suas de tribu issachar et de tribu aser et de tribu neptalim. et de tribu manasse in basan urbes tredecim. Filijs autem merari per cognationes suas de tribu ruben et de tribu gad. et de tribu zabulon. dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq; filij israhel leuitis ciuitates et suburbana earum. Dederunt; per sortem et tribu filiorum iuda. et de tribu filiorum symeon. et de tribu filiorum beniamin urbes has quas vocauerunt nominibus suis: et hijs q̃ erant de cognatione filiorum caath. fuerunt; ciuitates in terminis eorum de tribu ephraim. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum sichem cum suburbanis suis. in monte ephraim et gazer cum suburbanis suis: remaam quoq; cum suburbanis suis. et bethoron similiter: necnon et helon cum suburbanis suis et gethremon in eundem modum. Porro de dimidia tribu manasse aner et suburbana eius. balaam et suburbana eius: hijs videlicet qui de cognatione filiorum caath reliqui erant. Filijs autem gerson de cognatione dimidie tribus manasse gaulon i basan et suburbana eius. et asaroth cum suburbanis suis. De tribu issachar. cedes cum suburbanis suis. et dabereth cum suburbanis suis: ramoth quoq; et suburbana eius. et anem cum suburbanis suis. De tribu aser masal cum suburbanis suis. et abdon similiter: asach quoq; suburbana eius: roob cum suburbanis suis.

Porro de tribu neptalim cedes in galilea et suburbana eius: amon cum suburbanis suis. et cariathaim et suburbana eius. Filijs autem merari reliquis de tribu zabulon. rimmono et suburbana eius: et thabor cum suburbanis suis. Trans iordanem quoq; et aduersus iericho contra orientem iordanis de tribu ruben bosor in solitudine cum suburbanis suis: et iasa cum suburbanis suis: cademoth quoq; et suburbana eius: et mephaath cum suburbanis suis. Et non et de tribu gad. ramoth i galaad et suburbana eius. et manaim cum suburbanis suis: sed et hesbon cum suburbanis suis. et iazer cum suburbanis suis. VII

Porro filij issachar: thola et phua iasub et semeron quatuor. Filij thola: ozi et raphaia. et iechel et iemai et ieposeu et samuel principes per domos cognationum suarum. De stirpe thola uiri fortissimi numerati sunt in diebus dauid: viginti duo milia sexcenti. Filij ozi: israhia de quo nati sunt michael et obadia et iohel et isia quinq; omnes principes: cum eis per familias et populos suos arcuti ad prelium uiri fortissimi: triginta sex milia. Multas enim habuerat uxores et filios. Fratres quoq; eorum per omnem cognationem issachar robustissimi ad pugnandum: octoginta septem milia numerati sunt. Filij benjamin: bale et bocher et iadiihel tres. Filij bale: elbon et ozi et ozihel et ierimoth et uiri quinq: principes familiarum et ad pugnandum robustissimi. Numero autem eorum viginti duo milia et triginta quatuor. Porro filij bocher zamira et ioas et eliezer et elioenai. et amri et ieremoth et abia et anathot. et almathan. Omnes hij filij bocher. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi: viginti milia et ducenti. Porro filij iadiihel balan. Filij autem balan: ieus et benjamin et ahoth et chanana. et iothan et tharsis et haisaar. Omnes hij filij iadiihel principes cognationum suarum uiri fortissimi: decem et septem milia et ducenti ad prelium procedentes: sephan quoq; et haphan filij hir et asim filij ater. Filij autem neptalim iahziel et guni. et aser et sellum filij bala. Porro filij manasse. eliahel: concubinaq; eius fuit peperit machir patri galaad. Machir autem accepit uxorem filijs suis haphpim et sepham: et habuit sororem nomine maacha. Nomen autem secundi salphaad. Natiq; sunt salphaad filie. Et peperit maacha uxor machir filium: vocauitq; nomen eius phares. Porro nomen fratris eius sares: et filij eius ulam et rehem. Filius autem ulam bedan hij sunt filij galaad filij machir: filij manasse. Soror autem eius regina peperit virum decorum et abiezer et mohola. Erant autem filij semida ahim et sechem. et lecci et aniam. Filij autem ephraim suthala: bareth filius eius: thaath filius eius elada filius eius thaath filius eius: et huius filius zabad. et huius filius suthala et huius filius ezer. et elad. Occiderunt autem eos uiri geth indigne: quia descenderant ut inuadere possessiones eorum. Luxit igitur ephraim pater eorum multis diebus: et venerunt fratres eius ut consolarentur eum. Ingressusq; est ad uxorem suam: que concepit et peperit filium et vocauit nomen eius beria: eo quod in malo domus eius orta esset filia autem eius fuit sara: que edificauit bethoron inferiorem et superiorem. et ozenzara. Porro filius eius rapha et resseph et thale:

de quo natus ē thaan · qui genuit laadan. Ipsius quoq; filius ammiud ·
genuit elisama de quo natus est nun:
qui habuit filiū iosue. Possessio autē
eorum et habitatio bethel cum filiabus
suis: et contra oriente noran: ad occi
dentalem plagam gazer et filie eius:
sichem quoq; cū filiabus suis usq; asa
et filiabus eius: iuxta filios quoq; ma
nasse bethsan et filias eius: thanac et
filias eius mageddo · filias eius dor
et filias eius. In hijs habitauerūt filij
ioseph · filij israhel. Filij aser: iemna ·
isua et isui · et baria et sara soror eorū.
Filij autē baria: heber · melchiel: ipse
est pater barsaith. Heber autē genuit ie
phlat · somer · hotham · sua · sororē
eorū. Filij iephlat phaspech · thamaal
et aloph. Hij filij iephlat. Porro filij
somer: ahi et roaga et iaba et aram.
Filij autem helem fratris eius: supha
et iuma · et selles · amal. Filij supha:
sue · arupheth · · sual · beri et iamra
bosor · ad et sama et saluha · ithran
et beera. Filij iether: iephune · phaspha
et ara. Filij autē olla: aree · anthel et
relia. Omnes hij filij aser: principes
cognationū electi atq; fortissimi duces
ducū. Numerus autē eorū ad fratres ē apta
ad bellum: viginti sex milia. VIII

Beniamin autē genuit bale primo
genitū suū: asbal secundū ahara
tertiū · nogaa quartū · rapha quintū ·
sextum: filij bale addar · gera · · abi
ud: abisue quoq; · naman · ahoe sed
et gera · · sephuphan et uram. Hij sūt
filij ahod · principes cognationum
habitantium in gabaa: qui translati
sunt in manach. Noomam autem et
achia · gera ipse transtulit eos: · genu
it oza et ahiud. Porro saaraim ge
nuit in regione moab · postq; dimisit
uxorem suam hasim et hara uxores suas. Genuit au
tem de ades uxore sua iobab · sebia ·
mosa · molchom iehus quoq; et se
hria et marmach. Hij sūt filij eorū prin
cipes in familijs suis. Mehusim uero
genuit achitob et elphaal. Porro filij
elphaal: heber et misaam et samad.
Hic edificauit ono · lod · filias eius.
Bara autē et samma principes cogna
tionum habitantium in ahialon. Hij fu
gauerunt habitatores geth. Et haio
et sesac · iheremoth · zabadia et arad
et eder · michael et ispa et
aa: filij baria. Et zabadia · mosollā
et ezeci · heber et elamari · · ozia et
iobab: filij elphaal. Et iacim · zechri
et zabdi · helionai · · sielethai · · heber
et adaia · baraia · · samarach: filij se
mei. Et isphan · heber · phiel · abdon · zechri · hanan · · anania · ailā
· anathothia · iephdaia · phanuel:
filij sesac. Et samsari · · soona · athalia · · iesia · helia · · zechri: filij ieroam.
Hij patriarche · cognationū principes:
qui habitauerunt in hierusalem. In ga
baon autē habitauerūt abigabaon ·
nomen uxoris eius maacha: filius ue
ro primogenitus abdon · sur · cis
et baal · · nadab: gedur quoq; · ahio
et zacher et macelloth. Et macelloth
genuit samaa. Habitauerūq; et ad uere
so fratrum suorum in hierusalem
cum fratribus suis. Ner autē genuit
cis: et cis genuit saul. Porro saul ge
nuit ionathan et melchisue et abina
dab et helbaal. Filius autē ionathan
merebbaal: · merebbaal genuit micha.
Filij micha phiton · melech · thaare
aha: · et ahaz genuit ioada et ioa
da genuit almoth et almoth · zamri.
Porro zamri genuit mosa · et mosa
genuit banna: cuius filius fuit raphe

ulum et bara uxores suas. Genuit au
tem de odes uxore sua iobab · sebia ·
mosa · molchom iehus quoq; et se
hria et marmach. Hij sūt filij eorū prin
cipes in familijs suis. Mehusim uero
genuit achitob et elphaal. Porro filij
elphaal: heber et misaam et samad.
Hic edificauit ono · lod · filias eius.
Bara autē et samma principes cogna
tionum habitantium in ahialon. Hij fu
gauerunt habitatores geth. Et haio
et sesac · iheremoth · zabadia et arad
et eder · michael et ispa et
aa: filij baria. Et zabadia · mosollā
et ezeci · heber et elamari · · ozia et
iobab: filij elphaal. Et iacim · zechri
et zabdi · helionai · · sielethai · · heber
et adaia · baraia · · samarach: filij se
mei. Et isphan · heber · phiel · abdon · zechri · hanan · · anania · ailā
· anathothia · iephdaia · phanuel:
filij sesac. Et samsari · · soona · athalia · · iesia · helia · · zechri: filij ieroam.
Hij patriarche · cognationū principes:
qui habitauerunt in hierusalem. In ga
baon autē habitauerūt abigabaon ·
nomen uxoris eius maacha: filius ue
ro primogenitus abdon · sur · cis
et baal · · nadab: gedur quoq; · ahio
et zacher et macelloth. Et macelloth
genuit samaa. Habitauerūq; et ad uere
so fratrum suorum in hierusalem
cum fratribus suis. Ner autē genuit
cis: et cis genuit saul. Porro saul ge
nuit ionathan et melchisue et abina
dab et helbaal. Filius autē ionathan
merebbaal: · merebbaal genuit micha.
Filij micha phiton · melech · thaare
aha: · et ahaz genuit ioada et ioa
da genuit almoth et almoth · zamri.
Porro zamri genuit mosa · et mosa
genuit banna: cuius filius fuit raphe

de quo ortus ē elasa · ·ē genuit asel. Por
ro asel sex filij fuerūt hijs nominibus:
azrica · bochru · ismahel · saria · abadia ·
anan. Omnes hij filij asel. Filij autem
esech fratris eius: ulam primogenitus · et
hus secūs: · heliphaleth tertius. Fuerūtq;
filij ulam viri robustissimi · · magno
robore tendentes arcū · multos habentes fi
lios ac nepotes: usq; ad centū quinqua
ginta milia. Omnes hij filij beniamin.

Universus ergo israel dinume- II
ratus est · · summa eorū scripta
est in libro regum israhel · · iuda trans
lateq; sunt in babilonem propter deli
ctum suum. Qui autem habitauerunt
primi in possessionibus et in urbibus su
is israel · et sacerdotes et leuite et nathinei:
commorati sunt in ierusalem et filijs
iuda · · de filijs beniamin. De filijs ef
raim et manasse oriti filius amiu
ud · filius emri · filij omrai filij bonni.
De filijs phares filij iuda · et de siloni:
asaia primogenitus et filij eius. De
filijs autē zara: iehuel · fratres eorum
trecenti nonaginta. Porro de filijs be
niamin: salo filij mosollā filij oduia
filij asana · et iobania filius ieroam
et elam filius ozri filij mochori · · mo
sollam filij sephatie filij rahuel · filij
ibanie · fratres eorū p familias suas
nongenti quinquaginta sex. Omnes
hij principes cognationū · per domos
patrum suoq;. De sacerdotibus autem
idaia ioiarib et iachin azarias ·ē fi
lius helchie filij mosollam filij sadoch
filij meraioth filij achitob ponifex do
mus dei. Porro adaias filius ieroam
filij phasur filij melchia · · maasia filij
adiel filij iezra filij mosollam · filij
mosollamoth filij immer: fratres ē
eorū principes p familias suas mille
septingentī sexaginta fortissimi robore
ad faciendū opus ministerij in domo
dei. De leuitis autē semeia filius asub
et filij ezricam filij asebia de filijs me
rari. Barbachar quoq; carpentarius
et galal · · mathania filius micha · filij
zechri filij asaph · · obdia filius seme
ir · filij galal · filij idithun: · · barachia
filius asa filij helcana qui habitauit i
atrijs nethophati. Janitores autē sel
lum et achub · · ethelmon et ahiman:
et fratres eorum sellum princeps: usq;
ad illud tempus in porta regis ad o
rientem obtrectantes per vices suas de
filijs leui. Sellum uero filius chore fi
lij abiasaph filij chore cum fratribus
suis: · · domo patris sui. Hij sunt chori
et super opa ministerij: custodes uesti
bulorum tabernaculi · · familie eorū p
vices castrorū domini: custodientes in
troitum. Finees autem filius eleazar
erat dux eorū cora dño. Porro zacha
rias filius mosollamia ianiro porte
tabernaculi testimonij. Omnes hij ele
cti in ostiarios p portas ducentī duo
decim et descripti i villis proprijs: quos
constituerunt dauid · · samuel videns
in fide sua: tam ipsos ·ē filios eorū in
ostijs domus dñi · · in tabernaculo vi
ribus suis. Per quatuor ventos erant
ostiarij id est ad orientē · · ad occiden
tem · · ad aquilonem et ad austrū · fra
tres autem eorū in vicinis morabant:
et venirent in sabbatis suis de ipso
re usq; ad tempus. Hijs quatuor leui
tis creditus erat omnis numerus ia
nitorum: et erant super cellas et thē
sauros domus domini. Per girum
quoq; templi dei morabantur in cu
stodijs suis: ut cum tempus fuisset ipsi
mane aperirent foros. De horū grege
erant et super vasa ministerij. Ad nu
merum enim et inferebantur vasa et

efferebant. De ipis et qui tedita habe-
bant utensilia sanctuarij: preeant site
et vino ⁊ oleo et thuri ⁊ aromatibus.
Filij autem sacerdotū ungenta ex aro-
matibus conficiebant: ⁊ mathanias
leuites primogenit⁹ sellum chorie pre-
fectus eorū-que in sarcagine frigebant.
Porro de filijs caath fratribs eorum
super panes erant ꝓpositionis: ut sem-
per nouos p singla sabbata ꝓpararet.
Hij sunt principes cantoꝝ p familias
leuitarum qui in exedris morabātur:
ita ut die ac nocte ingiter suo ministe-
rio deseruirent. Capita leuitarū p fami-
lias suas principes manserūt i hierlm.
In gabaon aūt cōmorati sunt pater
gabaon iahiel: ⁊ nomen uxoris eius
maacha. Filius primogenit⁹ eius ab-
don: ⁊ sur: et cis: ⁊ baal: ⁊ ner: et nadab:
et gedor quoq; et ahio: ⁊ zacharias: et
macelloth. Porro macelloth genuit
semmaan. Isti habitauerūt ex regione
fratrū suorū in hierlm cū fratribs suis.
Ner aūt genuit cis: et cis genuit saul.
Et saul genuit ionathan: et melchisue
et aminadab: et eslbaal. Filius autem
ionathan merbbaal: ⁊ merbbaal ge-
nuit micha. Porro filij micha: phiton
et melech et thara ⁊ ahaz. Ahaz aūt
genuit iara: et iara genuit alamath ⁊
azmoth ⁊ zamri. Zamri aūt genuit
mosa: mosa vero genuit baana cuius
filius raphaia genuit elasa: de quo or-
tus ē asel. Porro asel sex filios habuit
hijs nominibus: ezricam bochru is-
mahel saria obdia anan. Hij filij asel.

Dhilistijm aūt pugnabant
contra israhel: fugerunq; viri
israhel palestinos ⁊ ceciderunt vulne-
rati in monte gelboe. Cūq; appropin-
quasset philisti plequentes saul et
filios eius: percusserunt ionathan et
aminadab ⁊ melchisue filios saul. Et
aggrauatum est prelū cōtra saul: in-
uenerūntq; eū sagittarij: ⁊ vulnerauer-
unt iaclis. Et dixit saul ad armiger
suū. Euagina gladiū tuū et inuerber
me: ne forte veniant incircumcisi isti ⁊
illudāt michi. Noluit autem armiger
eius hoc facere: timore perterit⁹. Ar-
ripuit ergo saul ensem: ⁊ incubit in eum.
Quod cum vidisset armiger eius vide-
licet moriuū esse saul: incubit etiā ipe in
gladium suū ⁊ mortuus est. Interiit
ergo saul et tres filij eius: et omnis do-
mus illius pariter concidit. Quod cū
vidisseent viri israhel qui habitabant
in campestribs fugerūt: ⁊ saul et filijs
eius mortuis deseliquerunt vrbes si-
as ⁊ huc illucq; dispersi sunt: venerūt
q; philistijm ⁊ habitauerūt in eis. Die
igit altero detraheres philistijm spo-
lia occisi: inuenerūt saul ⁊ filios eius
iacentes in monte gelboe. Cūq; spo-
liassent eum ⁊ amputassent caput: at-
q; ita nudassent: miserūt in terā suā
ut circumferent ⁊ ostendere idolis
templis ⁊ populis. Arma aūt eī cō-
secrauerunt in fano dei suī: et corpus
affixerunt in templo dagon. Hoc cum
audissent viri iabes gal aad omnia
facinora que philistijm fecerāt sup saul:
consurgentes singli viros fortes: et ue-
nerunt cadauera saul ⁊ filiorum eius:
attulerūntq; ea in iabes ⁊ sepelierunt
ossa eorum subter quercum que erat
in iabes: ⁊ ieiunauerunt septem diebus.
Mortuus est ergo saul propter iniqui-
tates suas: eo q; preuaricat⁹ sit man-
datum domini quod preceperat ei ne
custodiret illud: sed insuper etiam phi-
tonissam consuluerit nec sperauerit
dño: propter q̄ interfecit eū: ⁊ transtu-
lit regnū eius ad dauid filiū ysai. Et

Congregatus ē igit omis israhel
ad dauid in hebron dicens. Os
nū tuum: ⁊ caro tua. Heri quoq;
et nudiustert⁹ cum adhuc regnaret
saul: tu eras qui educebas ⁊ introdu-
cebas israhel. Tibi enī dixit dñs deus
tuus. Tu pasces plm meū israhel: ⁊ tu
eris princeps super eum. Venerūt ergo
omnes maiores natū israhel ad regē
in hebron: et iniit dauid cum eis fedus
coram domino. Hj uerōq; eū regem
super israhel: iuxta sermonē dñi quē
locutus est in manu samuthel. Abijt
quoq; dauid ⁊ omis israhel in hierlm.
Hec est ierbus: ubi erant iebusei habita-
tores terre. Dixerūtq; qui habitabant
in iebs ad dauid. Nō ingrederis huc.
Porro dauid cepit arcem syon: que ē
ciuitas dauid. Dixitq; Omis qui pe-
cusserit iebuseum ī primis: erit princep⁹
et dux. Ascendit igitur primus ioab
filius saruie: et factus ē princeps. Ha-
bitauit autem dauid in arce: ⁊ idcirco
appellata ē ciuitas dauid. Edificauit
q; urbem in circuitu a mello usq; ad
girum. Ioab aūt reliqua urbis restau-
rit. Proficiebatq; dauid uadens ⁊ cre-
scens: ⁊ dñs exercituum erat cū eo. Hj
principes uirorū fortiū dauid: q̄ adiu-
uerunt eum ut rex fieret super omnem
israhel: iuxta verbū domini qd̄ locu-
est ad israhel: ⁊ iste numer⁹ robustor⁹
dauid. Jesbaam filij ahamoni: prin-
ceps inter tegiia. Iste leuauit hastam
suam sup trecentos vulneratos: una
vice. Et post eum eleazar filius patrui
eius ahoites: qui erat inter tres poten-
tes. Iste fuit cū dauid in aphec domi-
mim: quādo philistijm cōgregati sūt
ad locum illū in prelū. Et erat ager
regionis illius plenus ordeo: fugerat
q; populus a facie philistinorum. Hj
steterunt in medio agri: ⁊ defenderunt
eum. Cūq; percussissent philistheos: de-
dit dominus salutē magnam populo
suo. Descenderunt aūt tres de triginta
principibs ad petram in qua erat da-
uid ad spelunca odollam: quando
philistijm fuerant castrametati ī val-
le raphaim. Porro dauid erat in preli-
dio: et statio philistinorū in bethleem.
Desiderauit igitur dauid: ⁊ dixit. O si
quis daret michi aquam de cisterna
bethleem: que est in porta. Tres ergo
illi per media castra philistinorū pere-
rerunt: ⁊ hauserunt aquam de cisterna
bethleem que erat in porta: ⁊ attulerūt
ad dauid ut biberet. Qui noluit: sed
magis libauit illam domino dicens.
Absit ut in conspectu dñi mei hoc faci-
am: ⁊ sanguinē uirorū istorū bibam:
quia in periculo animar⁹ suar⁹ attule-
runt michi aquā. Et ob hāc causam
noluit bibere. Hec fecerūt tres robusti-
simi. Abisai q̄ frater ioab ipse erat
princeps eorū: ⁊ ipse leuauit hastā suā
cōtra trecentos vulneratos: ⁊ ipse erat in
tres nominatissimo: inter tres sesio:
inditus et princeps eorū. Hecuntamē
usq; ad tres primos non peruenerat.
Banaia filius ioiade viri robustissi-
mi qui multa opera fecerat de capsiel:
ipe percussit duos ariel moab. Et ipe
descendit ⁊ interfecit leonem in media
cisterna tempore niuis: ⁊ ipe percussit
virū egipciū: cuius statura erat quīq;
cubitorū: ⁊ habebat lanceam ut licia-
torium textorū. Descendit igitur ad
eū cū virga: ⁊ rapuit hastā quā tenebat
manu: ⁊ interfecit eū hasta sua. Hec fe-
cit banaia filius ioiade: qui erat inter
tres robustos nominatissimus: inter
triginta primus. Verumtamē ad tres
usq; non peruenerat. Posuit aūt eū

dauid ad auriculā suā. Porro fortissimi uiri i ꝛeceꝛũt: asahel frater ioab. et
eleanan filius patrui eius de bethleem:
saummoth arodites. helles phonites.
iras filij acces thecuites. abiezer ana-
thothites. sobochai usatites ilai ahohi-
tes. maarai netophatites. heleth filius
baana netophatites. ethai filij ribai
de gabaath filiorũ beniamin: tanaia
pharathonites. hurai de torrente ga-
az: abiel arabathites. azmoth baura-
nites. eliaba salabonites. filij asem ge-
zoni. ionathan filius sage ararites
ahiam filius sachar ararites. eliphal
filij ur: ephher metherathites ahia phel-
lonites. ezro carmelites. naarai filius
azbi: ioihel frater nathan. mibhar filij
agarai. selech ammonites. naarai be-
rothites armiger ioab filij saruie: ira
ithreus. gareb ithre⁹. urias hethe⁹:
zabad filius ooli: adyna filius sechar
rubenites princeps rubenitarꝫ. et cum
eo triginta haanan filij macha. z iosa-
phat mathanites. ozia. affatrothites.
helmma. z iahihel filij hothan aroeri-
tes. iediihel filius zamri et ioha frater
eius thosaites. helifel mahumites et ieri-
bai. z iosoia filij elnaam. z ithma mo-
abites. eliphel. z obed. z iasiihel de masobia.

Hij quoꝫ uenerũt ad dauid ꝛij
in siceleg cũ adhuc fugeret saul
filium eis: qui erãt fortissimi et egregij
pugnatores: tendentes arcũ et utrãq;
manu fundis saxa iaciebãt: et dirigere
sagittas. De fratribus saul de beniamin. Princeps abiezer. z ioas filij sa-
maa. gabaathites. z iasiihel z phallech
filij azmoth et baracha. z iehu anath-
ites. samaias quoꝫ gabaonites. for-
tissimus inter triginta. z super triginta:
ieremias. z ihezihel et ioha annan. z io-
zabad gederothites. z eluzai. z ieremoth
et bualia. z samaria et saphatia. ara-
phites. Helcana. z isia. et azareel et
ioezer et iesmaam de carem: ioela. z
zabadia filij ioroam de gedor. Sed et
de gaddi transfugerũt ad dauid am-
laccet in deserto. uiri robustissimi et
pugnatores oppimi: tenentes clypeũ et
hastam. facies eorũ quasi facies leo-
nis: et ueloces quasi capreæ i montibus.
Ezer princeps: obdias secũ. eliab ter-
cius. masmana quartus. ieremias quin-
tus. ethi sextus. heliel septimus. iohana-
nan octauus. helzebad nonus. ieremi-
as decimus. hachanai undecimus. Hij
de filijs gad: principes exercitus. Siquis mi-
nus centum militibus preerat: et maxi-
mus mille. Isti sunt qui transierunt
iordanem mense primo quãdo inunde-
re consueuit fluuius ripas suas: z fuerũt
fugauerunt qui morabantur in uallibus
ad orientalem plagam z occidentalem. Ueneruntq; autẽ et de beniamin
et de iuda ad presidium in quo mora-
batur dauid. Egressusq; est dauid obuiam eis z ait. Si pacifice uenistis ad
me: ut auxilietur michi: cor meum
iungatur uobis. Si autẽ insidiantur
michi pro aduersariis meis: cum ego
iniquitatem in manibus non habeam:
uideat deus patrum nostrorũ et iudicet.
Spiritus uero dei induit abisai prin-
cipem inter triginta. z ait. Tui sumus
o dauid: z tecum filij isai. Pax pax tibi:
et pax adiutoribus tuis. Ie enim adiu-
uat deus tuus. Suscepit ergo eos da-
uid: z constituit principes eorum. Porro de manasse transierunt ad dauid
quando ueniebat cũ philistijm aduer-
sus saul ut pugnaret. nõ tamen iuua-
uerũt eis: quia inito consilio remiserũt
eum principes philistinorũ dicentes.
Periculo rapitis nostri reuertetur ad
dominũ suũ saul. Quãdo igitur reuer-
sus est in siceleg transierunt ad eũ de
manasse eduas et iozabad et iediihel
et michahel. z eduas et iosabath. z he-
liu et salathi. principes militum i ma-
nasse. Hij prebuerũt auxilium dauid
adusus latrũculos. Omnes enim erant
uiri fortissimi: et facti sũt principes in
exercitu. Sed et per singulos dies ueni-
bãt ad dauid. ad auxiliandũ ei: usq;
dũ fieret grandis numerus quasi exerci-
tus dei. Iste quoꝫ ẽ numerus princi-
pum exercitus qui ueneruntad dauid
cum esset in hebron: ut transferent re-
gnum saul ad eũ iuxta uerbũ domini.
Filij iuda portantes clypeũ et hastam:
sex milia octingenti expediti ad pliium.
De filijs symeon: uirorũ fortissimorũ
ad pugnandũ septem milia centum.
De filijs leui: quatuor milia sexcenti.
Ioiade quoq; princeps de stirpe aaron:
et cũ eo tria milia septingenti. Sadoch
etiam puer egregie indolis: z domus
patris eius principes uiginti duo. De
filijs aũt beniamin fratres saul: tria
milia. Magna enim pars eorũ adhuc
fouebatur domũ saul. Porro de filijs
ephraim uiginti milia octingenti: for-
tissimi robore. uiri nominati i cognationibus suis. Et ex dimidia tribu ma-
nasse decem. z octo milia: singuli p no-
mina sua uenerũt z constituerunt regẽ
dauid. De filijs quoꝫ ysachar uiri ecti-
di qui nouerãt singula tempora ad
prospiciendũ qd facere debeant israhel:
principes ducentũ. Omnis aũt reliqua
tribus eorũ consilij sequebatur. Porro de zabulon qui egrediebantur ad
pliium et stabant in acie instructi ar-
mis bellicis. quinquaginta milia ue-
nerunt in auxilium: nõ in corde dupli-
ci. Et de neptalim principes mille: et
cum eis instructi clypeo z hasta viginti et septem milia. De dan etiam pa-
rati ad prelium: viginti octo milia sex-
centi. Et de aser egredientes ad pugnã
z in acie pronunciantes: quadraginta
milia. Trans iordanem aũt de filijs ru-
ben. z de gad. et dimidia parte tribus
manasse: instructi armis bellicis. centum viginti milia. Omnes isti uiri bel-
latores expediti ad pugnandũ corde
perfecto. uenerunt in hebron: ut consti-
tuerent regem dauid. super uniuersum
israhel. Sed et omnes reliqui ex israhel
uno corde erant ut rex fieret dauid: fue-
runtq; ibi apud dauid tribus diebus
comedentes z bibentes. Preparauerãt
enim eis fratres sui. Sed et qui iuxta
eos erant usq; ysachar et zabulon et
neptalim. afferebant panes in asinis
et camelis z mulis et bubus ad uesci-
dum. farinã palatas uinapallam
uinum oleũ boues aneres ad omnem
copiã. Gauduũ quippe erat i israel. ꝛij

Init aũt consilium dauid cum tribunis
et centurionibus z uniuersis principi-
bus: z ait ad omnem cœtũ israhel. Si
placet uobis. z a domino deo nostro
egredietur sermo quem loquor: mitta-
mus ad fratres nostros reliquos in
uniuersas regiones israhel. z sacer-
dotes z leuitas qui habitant in suburbanis urbium. ut congregentur ad nos:
et reducamus archam dei nostri ad
nos. Non enim requisiuimus eam in
diebus saul. Et respondit uniuersa
multitudo ut ita fieret. Placuerat enim
sermo omni plebi. Congregauit ergo
dauid omnẽ israhel a sihor egipti usq;
dum ingrediaris emath: ut adduce-
ret archam dei de cariathiarim. Et a-
scendit dauid z omnis uir israhel ad
collem cariathiarim qui est in iuda:

ut afferret inde archam domini dei se
dentis super cherubin ubi invocatum
est nomen eius. Imposueruntq; archã
dei suq; plaustrum novũ de domo am
minadab. Oza aũt et fratres eius mi
nabant plaustrũ. Porro david et uni
versus israhel ludebãt coram deo omni
virtute in cãticis: et in citharis: et psalte
riis et timpanis: et cimbalis et tubis
Cum autẽ pervenissent ad aream chidon
extendit oza manũ suam ut sustenta
ret archam: bos quippe lasciviens pau
lulum inclinaverat eã. Iratus ẽ iraq;
dñs contra ozam: et percussit eum eo
quod tetigisset archam: et mortuus ẽ
ibi coram dño. Contristatusq; est da
uid eo qõd dimisisset dñs ozam: voca
vitq; locũ illũ divisio oze usq; in pre
sentem diem. Et timuit deũ nunc tem
poris dicẽs. Quomodo possum ad me
introducere archam dei? Et ob hanc
causã nõ addux̃it eã ad se: hic ẽ in ciui
tatem david: sed auertit ĩ domũ obede
dom getheu. Mansit ergo archa dei in do
mo obededom tribus mensibus: et benedi
xit dñs domui eius: et omnibus q̃ habebat.

XIIII

Misit quoq; hiram rex tyri nuncios ad david: et ligna cedri
na et artifices parietũ lignorũq; ut edi
ficarent ei domũ. Cognovitq; david
eo quod confirmasset eum dñs ĩ regẽ
super israhel: et sublevasset regnum
suũ super plus eius israhel. Accepit q̃q
david alias uxores in hierusalem: ge
nuitq; filios et filias. Et hec nomina
eorũ q̃ nati sunt ei in hierusalem. Sam
mua et sobab nathan et salomon ibar
et elisu et elephaleth: nogã quoq; na
pheg: et iaphie elisama et beliada et
elephaleth. Audientes autem philisti
im eo qõd unctus esset david in regem
super universũ israhel: ascenderãt omnes
ut quererent eũ. Quod cũ audisset da
uid: egressus est obviam eis. Porro
philisthim venientes diffusi sunt i val
le raphaim. Consuluitq; david dũm
dicens. Si ascendam ad philisthim: et
si tradis eos in manu mea? Et dixit
ei dominus. Ascende: e nãq; eos in
manu tua. Cumq; illi ascendissent in
baalpharasim: percussit eos ibi david
et dixit. Divisit dẽs inimicos meos p
manũ meam sicut dividuntur aquæ:
idcirco vocatũ ẽ nomen loci illi? baal
pharasim. Dereliquerunq; ibi deos
suos: quos david iussit igni. Filia
erãt viri philisthim iterumq; diffusi
sunt in valle. Consuluitq; rursum da
uid deum: et dixit ei deus. Non ascen
das post eos: redde ab eis et venies
cõtra illos? et adusq; pirot. Cũq; audi
eris sonitũ gradiẽtis ĩ cacumine pyro
rum: tũc egrederis ad bellũ. Egressus
est enim deus ãte te ut percutiat castra phi
listhim. Fecit ergo david sicut præcepit
ei dẽs: et percussit castra philisthim de
gabaon usq; gazera. Divulgatusq; ẽ
nomẽ david in universis regionibus: et
dñs dedit pavorẽ eis super omnes gentes.

XV

Fecit quoq; sibi domos in ci
uitate david: et edificavit loco
arche dei: extendiq; ei tabernaculum.
Tunc dixit david. Illicitũ est ut a quo
quam ponatur archa dei nisi a levitis
quos elegit dominus ad portandam
eam: et ad ministrandũ sibi usq; in æ
ternum. Congregauitq; universum
israhel in hierusalem: ut afferrent archa
dei in locum suum quẽ præparaverat ei:
necnon et filios aaron et levitas. De
filijs caath urihel princeps fuit et fra
tres eius duecentiginti. De filijs me
rari: asaia princeps et fratres eius
duecentiginta. De filijs gerson: iohel
et fratres ei? centumtriginta. De filijs
elisaphan: semeias princeps ĩ fratres
eius ducenti. De filijs hebron: eliehel
princeps ĩ fratres eius octoginta. De
filijs oziel: aminadab princeps ĩ fra
tres eius centũ duodecim. Vocauitq;
david sadoch ĩ abiathar sacerdotes et
levitas: urihel: asaiam: iohel semeiã
eliehel ĩ aminadab: ĩ dixit ad eos. Vos
qui estis principes familiarũ levitica
rũ sanctificamini cũ fratribus vestris: ĩ affer
te archam dñi dei israhel ad locũ qui
ei parastis: ne ut a principio quia
nõ eratis presentes pressit nos dñs
sic et nunc fiat. illicitũ quid nobis a
gentibus. Sanctificati sunt ergo sacer
dotes ĩ levite: ut portarent archam do
mini dei israhel. Et tulerũt filij levi ar
cham dei sicut præcerat moyses iuxta
verbum dñi humeris suis in vectibus.
Dixitq; david principibus levitarũ: ut
constituerent de fratribus suis cantores
in organis musicis: nablis videlicet
et liris ĩ cimbalis: ut resonare in excel
sis sonitus leticie. Constituerũtq; levi
tas heman filiũ iohel: ĩ de fratribus
eius asaph filiũ barachie: de filijs ue
ro merari fratribus eorũ: ethan filiũ cha
saie ĩ cum eis fratres eorũ. In secunda
ordine: zachariam ĩ ben et iaaziel et
semiramoth: ĩ ithiel: et ami: heliab ĩ
banaiam et maasiam et mathathiã:
et eliphalu ĩ macneiã et obededom et
ithiel ianitores. Porro cantores he
man: asaph: ethan in cimbalis æneis
concrepãtes. Zacharias autem ĩ oziel
et semiramoth: ĩ iahiel et ami eli
ab et maasias: et banaias in nablis
arcana cantabant. Porro mathathi
as et eliphalu: et macneias: ĩ obede
dom: ĩ ithiel ĩ ozazu ĩ citharis pro o
ctava canebãt: epinichion. Chonenias
autem princeps levitarũ: phetie præerat:
et ad precinendam melodiam. Erat
quippe valde sapiens. Et barachias ĩ
helcana ianitores arcẽ. Porro sebe
nias et iosaphat ĩ nathanael ĩ ama
sai et zacharias et banaias et eliezer
sacerdotes clangebant tubis coram ar
cha dei: et obededom et ahias erant
ianitores arcẽ. Igitur david ĩ omnes
maiores natu israel et tribunis: ierũt ad
deportandã archã fœderis dñi de domo
obededom: cũ lætitia. Cũq; adiuvisset
deus levitas qui portabant archam fœ
deris domini: immolabantur septem
thauris ĩ septẽ arietes. Porro david
erat indutus stola byssina: ĩ universi
levite q̃ portabãt archam fœderis cãto
resq; et chonenias princeps phetie
inter cantores. David aũt indutus
erat ephot lineo. Et universus israhel
deducẽbãt archã fœderis domini: in iu
bilo ĩ sonitu bucine ĩ tubis ĩ cimbali
et nablis ĩ citharis ĩcrepãtes. Cũq;
pervenisset archa fœderis dñi usq; ad
ciuitatẽ david: michol filia saul: prospi
ciẽs p fenestrã: vidit regẽ david saltan
tem atq; ludentẽ: ĩ despexit eũ ĩ corde suo.

XVI

Inferebãt igitur archam
dei ĩ constituerũtq; eam ĩ medio
tabernaculi quod tetenderat ei david:
cubitorū longitudinis et vigiti
cubitos latitudinis ⁊ decem cubitos
altitudinis. Mare etiā cuetū fusile dec
cubitos a labio usq; ad labiū: rotun-
dum y circuitū. Quinq; cubitos habebat
altitudinis: ⁊ funiculus triginta cubi-
torum ambiebat gyrum eius. Simi-
liter quoq; bouum erat subter illud.
Et decem cubitos quedā circumstetis re-
latus: quasi duobus vertibus alium
maris circuibant. Boues aūt erant
fusiles: ⁊ ipm mare sup duodecim bo-
ues impositum erat: quoq; tres respici-
ebant ad aquilonē ⁊ alij tres ad occi-
dentem. Porro tres alij meridiē ⁊ tres
qui reliqui erant orientem: habentes
mare suppositum. Posteriora autem
bouum erāt intransecus sub mari. Por-
ro latitudo eius habebat mensuram
palmi: ⁊ labium illius erat quasi la-
bium calicis uel repandi lilij: capiebat
q; tria milia metretas. Fecit ꝙq; conca-
decem ⁊ posuit quinq; a dextris ⁊ quin-
q; a sinistris: ut lauarent in eis omnia
que i holocaustum oblatum erāt. Por-
ro in mari sacerdotes lauabantur: fecit
autem et candelabra aurea decem se-
cundum speciem quā iusserat fieri: et
posuit ea in templo quinq; a dextris
et quinq; a sinistris. Mēsas quoq;
decem ⁊ posuit eas in templo quinq;
a dextris ⁊ quinq; a sinistris. Fialas
quoq; aureas centum. Fecit etiā atri-
um sacerdotum ⁊ basilicam grandem:
⁊ ostia in basilica que tegit ere. Porro
mare posuit in latere dextero contra o-
rientem ad meridiem. Fecit aūt hirā
lebetas et creagras et fialas: ⁊ comple-
uit omne opus regis in domo dei. Hoc
est columnas duas ⁊ epistilia ⁊ capi-
ta: et quasi quedā cenacula: que capi-
ta tegerent sup epistilia. Malagrana-
ta ꝙq; quadraginta et cenacula duo:
ita ut bini ordines malagranatorū
singlis cenaculis iungerent: q̃ tegebā
epistilia ⁊ capita columnarū. Labre
etiam fecit ⁊ concas: quas supposuit

tasibz: mare vnũ-boues quoq; duodecim sub mari et lebetas et cratras et fialas. Omnia vasa fecit salomoni hiram pater eius in domo dñi-ex ere mundissimo. In regione iordanis fudit ea rex i argillosa terra: inter sochot et saredata. Erat aũt multitudo vasorum innumerabilis: ita ut ignoraret pondus eris. Fecitq; salomon omnia vasa domus dei: z altare aureũ z mensas-z sup eas panes propositionis. Candelabra quoq; cũ lucernis suis ut lucerent ante oraculũ iuxta ritum ex auro purissimo-et florentia quedam et lucernas-et forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiamaterias quoq; z thuribula z fialas et mortariola-ex auro purissimo. Et ostia clauiti templi interioris id ē in sancta sanctorũ: z ostia tẹpli forinsec aurea. Hicq; cõpleta ē omne opus q̃ fecit salomon i domo domini. Vt

Intulit igitur salomon omnia que voluerat dauid pater suus-argentũ z aurũ: et vniuersa vasa posuit in thesauris domus dñi. Post que congregauit maiores patrũ isrl et cunctos principes tribuũ-z capita familiarũ de filijs isrl in ierusalem ut adducerent archam fœderis dñi de ciuitate dauid que est in syon. Venereq; itaq; ad regẽ omnes viri israhel: in die solemni mensis septimi. Cumq; venissent cuncti seniores israhel-portauerũt leuite archam: z intulerunt eam-z omnẽ paratura tabernaculi. Porro vasa sanctuarij q̃ erat in tabernaculo portauerũt sacerdotes et leuitis. Rex autem salomon et universus cetus israhel-et omnes qui fuerunt congregati: ante archam immolabant arietes z boues absq; vllo numero. Tãta enim erat multitudo victimarũ.

Et inuexerũt sacerdotes archã fœderis domini in locũ suũ id est ad oraculũ templi in sancta sanctorũ subter alas cherubin: ita ut cherubin expanderent alas suas sup locũ in quo posita erat archa: z ipam archam regerent cũ vectibus suis. Vectium aũt quibus portabatur archa-quia paululum longiores erant capita parebãt ãte oraculũ. Hi vero quos paululũ fuisset exterior sunt: non videre nõ poterat. Fuit itaq; archa ibi usq; i presentiam diei. Sicutq; erat aliud in archa nisi due tabule-quas posuerat moyses in oreb: quãdo legem dedit dñs filijs israhel egredientibz eẹ egipto. Egressis aũt sacerdotibus de sanctuario-omnes enim sacerdotes q̃ ibi poterant inuenti sanctificati sunt: nec adhuc illo tempore vices et ministeriorũ ordo inter eos diuisus erat. Ceterũq; cantores-id est z q̃ sub asaph erant: z q̃ sub heman-z q̃ sub ydithun filij et fratres eorũ vestiti byssinis: cimbalis-z psalteriis-et citharis-contemplabant stantes ad orientalem plagã altaris: et cũ eis sacerdotes centũ iuniti canentes tubis. Igit cũctis pariter et tubis et voce et cimbalis z organis-et diuersi generis musicis conuenientibz et vocem in sublime tollentibus-longe sonitus audiebat: ita ut cũ dñm laudare cepissent et dicere-cõfitemini dño quoniã bonus quoniã in eternũ misericordia eius-impleretur domus dei nube: ut possent sacerdotes stare et ministrare, propter caliginẽ. Complebatq; enim gloria dñi domum dei. Vt

Tunc salomon air. Dñs pollicitus est-ut habitare in caligine: ego autem edificaui domũ nominis tui: ut habitaret ibi in perpetuum. Et vertit rex faciem suã: z benedixit universe

multitudini israhel. Stam omnis turba stabat intenta z air. Benedictus dñs deus israhel: qui gõlocutus est dauid patri meo-opere cõpleuit dicens. A die qua eduxi plm meũ de terra egipti-nõ elegi ciuitatem de cunctis tribubz israhel ut edificaretur in ea domus nominis mei: neq; elegi quemq; alium virũ ut esset dux in populo meo israhel: sed elegi iherusalem ut sit nomẽ meũ i ea: et elegi dauid ut constitueret eum super populũ meum israhel. Cũq; fuisset voluntatis dauid patris mei ut edificaret domum nomini dñi dei israhel: dixit dñs ad eum. Quia hoc fuit voluntas tua ut edificares domũ nomini meo: bene quidẽ fecisti huiusmodi habere voluntatẽ: sed nõ tu edificabis michi domum. Verumtamẽ filius tuus qui egredietur de lumbis tuis: ipse edificabit domũ nomini meo. Completit ergo dñs sermonẽ suũ quẽ locutus fuerat: z ego surrexi pro dauid patre meo-z sedi sup thronũ israhel sicut locutus est dñs: z edificaui domũ nomini dñi dei israhel-z posui in ea archam i qua est pactum dñi quod pepigit cũ filijs israhel. Stetit ergo coram altare dñi ẹ adiecto universe multitudinis isrl: et extendit manus suas. Siquidẽ fecerat salomon basilicam eneam z posuerat eam i medio basilice: habentem quinq; cubitos lõgitudinis et quinq; latitudinis-z tres cubitos altitudinis. Stetitq; super eam: z diuersis flexis genibz contra universam multitudinẽ isrl: z palmis in celum leuatis air. Domine deus israhel-non est similis tui deus in celo et in terra-qui custodis pactum z misericordiã cum seruis tuis-qui ambulant coram te in toto corde suo: qui prestitisti seruo tuo dauid patri meo quecunq; locutus fuerat ei: z que ore promisisti opere ꝓplesti-sicut z presens tempus probat. Nunc ergo dñe deus israhel imple seruo tuo pri meo dauid quecunq; locutus es dicens. Non deficiet ẹ te vir coram me q̃ sedeat super thronum israhel: ita tamen si custodierint filij tui vias meas-z ambulauerint in lege mea: sicut z tu ambulasti coram me. Et nunc domine deus israhel firmetur seruo tuo: quẽ locutus es seruo tuo dauid. Ergo ut credibile est-ut habitet deus cum hominibz super terram: Si celum z celi celoz nõ te capiunt: quãtomagis domus ista quã edificaui? Sed ad hoc tantum facta ē ut respicias orationẽ seui tui-z obsecrationem eius domine deus meus audias: z preces quas fudit famulus tuus coram te: ut aperias oculos tuos sup domum istam diebz ac noctibus-sup locum in quo pollicitus es ut inuocetur nomen meum: z exaudires orationem quã seruus tuus orat in eo: z exaudias preces famuli tui z populi tui israhel. Quicunq; orauerit i loco isto-exaudi de habitaculo tuo id est de celis-et ꝓpiciare. Si peccauerit quispiã i proximum suũ z iurare cõtra eũ paratus venerit-ẹq; maledicto constrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de celo-z facies iudicium seruorũ tuorũ: ita ut reddas iniquo viam suam i caput proprium: et vltiscaris iustum retribuens ei secũdũ iusticiam suã. Si superatus fuerit populus tuus israhel ab inimicis-peccabunt enim tibi: z conuersi egerint penitentiã-et obsecrauerint nomen tuum-z fuerint deprecati in loco isto: tu exaudies de celo z propiciare peccato populi tui israhel-et reducto in terram quã dedisti eis z pribus

torũ. Si clauso celo pluuia non fluxerit, ꝓter peccata populi tui: & deprecati fuerint in loco isto: & confessi nomini tuo: & conuersi a peccatis suis cum eos afflixeris: exaudi de celo dũe: & dimitte peccata seruis tuis: & populi tui israhel: et doce eos viam bonam: p quã ingrediantur: & da pluuiã terre quã dedisti populo tuo ad possidendũ. Fames si orta fuerit in terra: & pestilentia ergo & aurugo: et locusta & brucus: et hostes vastantes regionis portas obsidentes: omnisq; plaga & infirmitas preterit: si quis de populo tuo israhel fuerit deprecatus: cognoscens plagã et infirmitatem suã: & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies de celo de sublimi scilicet habitaculo tuo: et ꝓpitiaberis: & rede unicuiq; secundum vias suas quas noscis eũ habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorũ hominũ: ut timeant te et ambulent in viis tuis: cunctis diebus quibus viuũt super faciem terre quã dedisti patribus nostris. Etenim quoq; qui non est de populo tuo israhel: si venerit de ira longinqua propter nomen tuũ magnũ et propter manũ tuã robustam: & brachium tuũ extentum: et adorauerit in loco isto: tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo: & faces cũcta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terre nomen tuum: & timeant te sicut populus tuus israhel: & cognoscant quia nomẽ tuũ inuocatum est super domum hanc quã edificaui. Si egressus fuerit ꝓlio tuus ad bellum cõtra aduersarios suos: per viam in qua miseris eos: adorabunt te conuersi in ciuitate hac quã elegisti: et domũ quã edificaui nomini tuo: tu exaudias de celo preces eorũ: & obsecrationem: & vlciscaris. Si aũt peccauerint tibi: nec enim est homo q̃ non peccet: & iratus fueris eis: & tradideris eos hostibus: & captiuos duxerint eos in terram longinquã: uel prope q̃ iuxta est: & conuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerãt egerint penitentiã: et deprecati te fuerint in terra captiuitatis sue dicentes: peccauimus: iniqui fuimus: inique egimus: & reuersi fuerit ad te in toto corde suo: & tota anima sua in terra captiuitatis sue: ad quam ducti sunt: adorabunt te conuersi viam terre sue quã dedisti patribus eorum: et urbis quã elegisti: & domus quã edificaui nomini tuo: tu exaudias de celo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum: & facias iudicium: & dimittas populo tuo quãuis peccatori. Tu es enim deus meus. Aperiantur quoq; oculi tui: & aures tue intente sint ad orationẽ que fit in loco isto. Surge igitur conturge dũe deus in requiẽ tuã: tu et arca fortitudinis tue. Sacerdotes tui dũe deꝰ induant salutẽ: et sancti tui letentur in bonis. Dũe deus meus ne auertas faciem christi tui. Memento misericordiarũ dauid serui tui. Cũq; expleuisset salomõ fundens preces: ignis descendit de celo: & deuorauit holocausta et victimas: & maiestas dũi impleuit domũ: nec poterãt sacerdotes ingredi templũ dũi eo q̃ impleuisset maiestas dũi templũ dũi: sed & omnes filij israhel videbãt descendere ignẽ: & gloriã dũi super domũ: & corruerũt pni in terã super pauimentũ stratũ lapide: adorauerunt & laudauerunt dũm quoniam bonꝰ quia in seculũ misericordia eius. Rex aũt & omnis ꝓlio immolabant victimas coram domino.

Mactauit igitur rex salomon VIII hostias: bouum viginti duo milia: arietũ centũ viginti milia. Et dedicauit domum dei rex & universus ꝓlus. Sacerdotes aũt stabant in officijs suis: et leuite in organis carminũ dominique fecit dauid rex ad laudandũ dũm quia in seculũ misericordia eius: cum hymnis dauid canentes ꝓ manus suas. Porro sacerdotes canebãt tubis ante eos: cunctusq; israhel stabat. Sanctificauit q̃q̃ salomon medium atrij ante templũ dũi. Obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacifi corum: quia altare erat quod fecerat nõ poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes. Fecit ergo salomon solemnitatẽ in tempore illo septem diebus & omnis israhel cũ eo: ecclesia magna valde: ab introitu emath usq; ad torrentem egipti. Fecitq; die octauo collectam: eo quod dedicasset altare septem diebus & solemnitatem celebrasset diebus septem. Igitur i die vicesima mensis septimi dimisit ꝓlos ad tabernacula sua: letantes atq; gaudentes super bono quod fecerat dominꝰ dauid et salomoni & israhel ꝓlo suo. Complauitq; salomon domum dũi: et domũ regis: et omnia q̃ disposuerat in corde suo ut faceret i domo domini et in domo sua: & prosperatus ẽ. Apparuit autem ei dũs nocte: & ait. Audiui orationẽ tuam: et elegi locum istũ mihi in domũ sacrificij. Si clausero celũ et pluuia non fluxerit: & mandauero & precepero locuste ut deuorent terram: et misero pestilentiam in populum meũ: conuertus aũt ꝓlus meus super quos inuocatum est nomen meũ: deprecatus me fuerit: & exquisierit faciem meam: & egerit penitentiã a viis suis pessimis: et ego exaudiam de celo: & propitius ero peccatis eorũ: & sanabo terram eorum. Nauli quoq; mei erunt aperti: & aures mee tente: ad orationẽ eius qui i loco isto orauerit. Elegi enim et sanctificaui locum istum: ut sit nomen meũ ibi in sempiternũ: & permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me sicut ambulauit dauid pater tuus: & feceris mecum omnia que precepi ibi: & iustitias meas iudicia q̃ seruaueris: suscitabo thronum regni tui: sicut pollicitus sum dauid patri tuo dicens. Non auferetur de stirpe tua vir: qui non sit princeps in israhel. Si autem auersi fueritis: et dereliqueritis iustitias meas et preceptum meũ que ꝓposui vobis: & abieritis seruientes dijs alienis: & adoraueritis eos: euellã vos de terra mea quã dedi vobis: et domum hanc quã edificaui nomini meo proiciam a facie mea: et tradam eam in parabolã & i ꝓuerbiũ cunctis ꝓlis: & domus ista erit improperium universis transeuntibus: & dicent stupentes. Quare fecit dominus sic terre huic et domui huic? Responde bunq; Quia dereliquerunt dũm deũ patrum suorũ: qui eduxit eos de terra egipti: & apprehenderunt deos alienos: & adorauerũt eos: & coluerũt: idcirco venerũt super eos omnia hec mala. VIIII

Expletis aũt viginti annis postq̃ edificauit salomon domũ dũi et domũ suam: ciuitates quas dederat hiram salomoni edificauit: & habitare ibi fecit filios israhel. Abijt quoq; in emath suba: & obtinuit eam: & edificauit palmiram in deserto: & alias ciuitates munitissimas edificauit in emath. Extruxitq; bethoron superiorẽ et bethoron inferiorem: ciuitates muratas: habentes portas & vectes et seras. Balaath etiam et omnes vrbes fortissimas que fuerunt salomonis:

cunctasq; urbes quadrigarū ⁊ urbes
equitū. Omnia quecunq; voluit fecit
rex salomon atq; disposuit: edificauit
in ierusalē ⁊ in libano: et in universa
terra potestatis sue. Omnem populū
qui derelictus fuerat de hethæis ⁊ amor-
reis: et ferezeis: et eueis ⁊ iebusæis: qui
non erāt de stirpe israhel: de filijs eorū
et de posteris quos nō interfecerāt filij
israhel subiugauit salomon i tributa-
rios usq; in diē hanc. Porro de filijs
israhel nō posuit ut seruirent operibus
regis. Ipsi enim erāt viri bellatores ⁊
duces primi ⁊ principes quadrigarū
et equitum eius. Omnes aūt principes
exercitus regis salomonis fuerūt du-
centi quinquaginta q̄ erudiebant ꝓplm.
Filiam uero pharaonis transtulit de
ciuitate dauid: in domū quā edificaue-
rat ei. Dixit enī. Non habitabit uxor
mea i domo dauid regis isrl: eo quod
sanctificata sit: quia ingressa ē in eam
arca domini. Tūc obtulit salomon
holocausta dño sup altare dñi quod
extruxerat ante porticū: ut p singulos
dies offerretur i eo iuxta preceptū moy-
si in sabbatis: et in kalendis: et i festis
diebus ter p annū: id est i solemnitate
azimorū et solemnitate ebdomadarū
et in solēnitate tabernaculorū. Et cōsti-
tuit iuxta dispositionē dauid pris sui
officia sacerdotū i ministerijs suis: et
leuitas in ordine suo: ut laudarent ⁊
ministrarent coram sacerdotibus iuxta
ritum unusquisq; diei: ⁊ ianitores i
diuisionibus suis per portā ⁊ portam.
Hic enim preceperat dauid homo dei.
Nec preteriit sermo de mandatis re-
gis tam sacerdotes q̄ leuite: ꝛ omnibus
que preceperat. Et in custodijs thesau-
rorum omnes impensas ꝓparatas ha-
buit salomon: ex eo die quo fundauit
domū dñi usq; in diem quo perfecta ē.
Tūc abijt salomō i asiongabr ⁊ i ysi-
lath: ad oram maris rubri: q̄ ē in ter-
ra edom. Misit ergo ei hiram p manus
seruorū suorū naues ⁊ nautas gnaros
maris: ⁊ abierunt cum suis salomo-
nis in ophir. Tulerūq; inde quadrin-
genta quinquaginta talenta auri: et
attulerūt ad regem salomonē. ix

Regina quoq; saba cum audisset
famā salomonis: venit ut tem-
ptaret eum in enigmatibus i ierusalē:
cum magnis opibus et camelis qui
portabant aromata ⁊ auri plurimū:
gemmasq; pōdosas. Cūq; venisset ad
salomonem: locuta est ei quecūq; erāt
in corde suo. Et exposuit ei salomon
omnia que ꝓposuerat: nec quicq; fuit
quod non perspicuum ei fecerit. Que
postq; vidit sapientiā salomō-
nis ⁊ domū quā edificauerat: necnon
et cibaria mense eius ⁊ habitacula ser-
uorum et officia ministrorū eius ⁊ ve-
stimenta eorū: pincernas quoq; et ve-
stes eorū: ⁊ victimas ēs immolabat
in domo domini: non erat p stupor
ultra i ea spiritus. Dixitq; ad regem.
Verus est sermo quē audiui in terra
mea: de virtutibus et sapientia tua. Sed
credebam narrantibus: donec ipsa ve-
nissem et vidissem oculis meis ⁊ probasse
vix meditarē sapiēte tue michi fuisse
narratam. Beati viri tui ⁊ beati serui tui: hi
qui assistunt coram te omni tempore
et audiunt sapientiam tuam. Sit dño
deo tuo benedictus qui voluit te or-
dinare super thronū suum regem dñi
dei tui. Quia diligit deus israhel ⁊ vult
seruare eum in eternū: ideirco posuit
te sup eū regem: ut facias iudicia atq;
iustitiā. Dedit aūt regi centūuiginti

talenta auri ⁊ aromata multa nimis:
et gemmas pōdosissimas. Nō fuerūt
aromata talia: ut hec q̄ dedit regina
saba regi salomoni. Sed ⁊ hui hiram
rū seruis salomonis attulerunt aurū
de ophir: et ligna thyina: et gemmas
pretiosissimas. De quibus fecit rex de
lignis saliceis thyinis gradus i domu
domini: et in domo regis: cytharas q̄q;
et psalteria cantorib. Nunquā visa
sunt in terra iuda ligna talia. Rex aūt
salomon dedit regine saba cuncta q̄
voluit: et q̄ postulauit: et multo plura
quā attulerat ad eū. Que reuersa abijt
in terrā suā cum seruis suis. Erat aūt
pondus auri qd̄ afferebat salomoni
p singulos anos sexcenta sexagintaseq;
talenta aur: exceptis ea summis quā
legati diuersarū gentiū et negociatores
afferebant: sed et cōnes arabie
et satrape terrarū: qui cōpetebāt aurū
et argentum salomoni. Fecit igit rex
salomon ducentas hastas aureas: de
summa sexcentorum auri quorū: qui in
singulis hastis expendebanē. Trecenta
quoq; scuta aurea trecentorū auri quorū:
quibus tegebanē singula scuta. Posuit
q̄ ea rex in armamentario quod erat
conditū nemore. Fecit quoq; rex solū
eburneū grande: et vestiuit illud auro
mundissimo. Sex q̄q; gradus quibus
ascendebat ad solium ⁊ scabellū aureū:
et brachiola duo altinsecus ⁊ duos
leones stantes iuxta brachiola: sed ⁊
alios duodecim leūculos stantes sup
sex gradus ex utraq; parte. Non fuit
tale solium i uniuersis regnis. Omnia
quoq; vasa cōuiuij regis erāt aurea:
et vasa domus saltus libani ex auro
purissimo. Argentū enim in diebus
illis p nichilo reputabatur. Siquidē
naues regis ibant in tharsis cū suis
hiram semel i tribus anis: et deferebāt
inde aurū ⁊ argentū ⁊ ebur ⁊ simias
⁊ pauos. Magnificatus ē igit salomō
super omnes reges terre: pre diuitijs
et gloria. Omnesq; reges terrarū desi-
derabant videre faciem salomonis: ut
audirent sapiētiā quā dederat deus
in corde eius. Et deferebāt ei munera:
vasa argentea et aurea: et vestes ⁊ ar-
ma ⁊ aromata equos et mulos per
singulos anos. Habuit quoq; salo-
mon quadraginta milia equorū in
stabulis: et curuum equitūq; duode-
cim milia. Constituitq; eos in urbibus
quadrigarū: et ubi erat rex in ierusalē.
Exercuit enā potestatē sup cūctos reges
a flumine euphratem usq; ad terrā phili-
stinorum: et usq; ad terminos egipti.
Tantamq; copiā prebuit argentū i ier-
usalē quasi lapidū: et cedrorū tanta
multitudinē velut sycomoros q̄ gignunē
in campestribus. Adducebantur aūt ei
equi de egipto: cunctisq; regionibus. Re-
liqua aūt operū salomonis priorū et
nouissimorū scripta sunt in verbis na-
than ꝓphete ⁊ i libris ahie silonitis: ⁊
visione q̄q; addo videnus contra iero-
boam filiū nabath. Regnauit aūt salo-
mon in ierlm sup omnē isrl: quadra-
ginta anis. Dormiuitq; cum pribus
suis: ⁊ sepelierūt eū in ciuitate dauid: re-
gnauitq; roboā filius eius p eo. x

Porro ceus ē aūt roboā in sichem:
illuc enī cūctus isrl conuenerat:
ut constituerent eū regem. Quod cum
audisset ieroboam filius nabath qui
erat in egipto: fugerat quippe illuc ante
salomonem: statim reuersus ē. Vocauerunt;q; eum et venit cum omnibus
israhel: et locuti sunt ad roboam di-
centes. Pater tuus durissimo iugo nos
pressit: tu leuiora imperia patris tui qui

nobis imposuit grauem seruitutem:
et paululũ de onere subleua-ut seruiamus ei. Qui aut. Post tres dies re-
uertimini ad me. Cumq; abisset ꝓ-
iuit consiliũ cum senibus qui stabant
coram pre eius salomone dũ adhuc
uiueret dicens. Quid das consilij ut
respondeã populo? Qui dixerunt ei.
Si placueris ꝓlo huic et lenieris eos
uerbis dementibus: seruient tibi omni
tempore. At ille reliquit consiliũ senũ:
et cum iuuenibus tractare cepit qui cum
eo nuriti fuerant-q erant in comitatu
illi?. Dixitq; ad eos. Quid uobis ui-
detur-uel respondere quid debeo ꝓlo
huic qui dixit mihi: subleua iugũ qd̃
imposuit nobis pater tuus? At ille
respondentes ut iuuenes et nutriti cũ
eo in deliciis: atq; dixerunt. Sic loque-
ris populo qui dixit tibi-pater tuus
aggrauauit iugum nrm tu subleua: q
respondebis ei. Minimꝰ digitus me?:
grossior est lumbis patris mei. Pater
meus imposuit uobis graue iugũ: et
ego maius pondus apponam. Pater
meus cecidit uos flagellis: ego uero
cedam uos scorpionibus. Venit ergo
iheroboã et uniuersus ꝓlo ad roboã
die tercia: sicut preceperat eis. Respon-
ditq; rex dura-deseruido consilio senio-
rum: locutusq; ẽ iuxta iuuenũ uoluntatem. Pater meus graue uobis im-
posuit iugum: quod ego grauius fa-
ciam. Pater mꝰ cecidit uos flagellis:
ego uero cedam uos scorpionibus. Et
non acquiuit populi precibus. Erat
enim uoluntas dei: ut compleret seruo
suo-quẽ locutus fuerat ꝑ manũ ahie
silonitis ad iheroboam filiũ nabath.
Populus aut uniuersus rege dure-
ra dicente: sic locutus est ad eum. Mã
est nobis pars in dauid: neq; hereditas
in filio ysai. Redire i tabernacula tua
israhel. Tu autem pasce domũ tuã da-
uid. Et abiit israhel in tabernacula sua.
Super filios aut israhel qui habitabãt
in ciuitatibus iuda: regnauit roboam.
Misitq; rex roboam aduersũ eꝫ pressor
tributis: q lapidauerũt eum filij israhel
et mortuus ẽ. Porro rex roboam cur-
rum festinauit ascendere: q fugit in hie-
rusalem. Recessitq; israhel a domo da-
uid: usq; ad diem hanc. Factũ est aut
cum audisset omnis israhel quod re-
uersus esset iheroboam: miserunt et
uocauerunt eũ congregato cetu q con-
stituerunt eũ regem super omnẽ israhel:
nec secutus ẽ quispiam domũ dauid
preter tribum iuda solam. Et

Venit aut roboam in ierusalem:
et cõuocauit uniuersam domũ
iuda et beniamin centumiodoginta
milia electa atq; bellantũ: ut dimica-
ret contra israhel et reuocaret ad se
regnum suũ. Factus ẽ sermo domini
ad semeiam hominem dei dicens. Lo-
quere ad roboam filiũ salomonis re-
gem iuda: q ad uniuersum israhel-qui
est in iuda et beniamin. Hec dicit dns.
Nõ ascendetis neq; pugnabitis cõtra
fratres uestros-redeant unusquisq;
in domũ suam-quia mea hoc gestum
est uolũtate. Audierũt ergo sermo-
nem domini et reuersi sunt: nec pergen-
runt contra iheroboam. Habitauit
autem roboam in ierusalem: et edifi-
cauit ciuitates muratas in iuda: et
ꝛexitq; bethleem et etham et thecue
bethsur quoq; q soco q odollam-ne-
mon et geth q marsa q ziph: sed et a-
duram et lachis q azeca: saraa q et
ahialon q hebron que erant in iuda
et beniamin: ciuitates munitissimas.
Cumq; claussisset eas muris-posuit i

eis principes eborũq; hostia-hoc est
olei et uini. Sed et in singulis urbibus
fecit armamentaria scutorũ q hastarũ:
firmauitq; eas summa diligentia: et
imperauit sup iudã q beniamin. Sa-
cerdotes aut q leuite qui erant in uni-
uerso israhel-uenerũt ad eũ de cunctis
sedibus suis: relinquentes suburbana
et possessiones suas-et trãsierũt ad
iudam et ierusalem: eo qd̃ abiecisset
eos iheroboam q posteri eius ne sacer-
dotio domini fungerentur: qui obtulerũt
sibi sacerdotes excelsorũ q demoniorũ
uitulorũq; quos fecerat. Sed et de cun-
ctis tribubus israhel quicunq; dederant
cor suum ut quererent dũm dũ israhel-
uenerunt in ierusalem ad immolan-
dum victimas suas coram domino
deo patrum suorũ: et roborauerunt re-
gnum iuda: confirmauerũt roboam
filiũ salomonis per tres annos. Am-
bulauerunt enim in uijs dauid q salo-
monis diuis tantũ tribus. Duxit aut
roboam uxorem maalach filiam ihie-
muth filij dauid: abiail quoq; filiam
heliab filij ysai: que peperit ei filios ie-
us et sumoriam et zoom. Post hanc
quoq; accepit maacham filiam abslo-
lon: que peperit ei abia et abi q ziza et
salomith. Amauit autem roboam
maacham filiam abslolon: super o-
mnes uxores suas et cõcubinas. Nã
uxores decem et octo duxerat: concubi-
nas autem sexaginta: et genuit uiginti
octo filios q sexaginta filias. Constitu-
it uero in capite abiam filium ma-
acha ducem sup omnes fratres suos:
ipsum enim regem facere cogitabat
quia sapientior fuit q potentior super
omnes filios suos: q in cunctis finibus
iuda q beniamin et in uniuersis ciuita-
tibus muratis. Prebuitq; eis escas
plurimas: et multas petiuit uxores.

Cumq; roboratũ fuisset re-
gnũ robõã q roboratũ: dereliquit
legem domini et omnis israhel cũ eo.
Anno autem quinto regni robõam
ascendit sesac rex egypti in ierusalem
quia peccauerant domino: cum mille
ducentis curribus et sexagintamilibus equi-
tum. Nec erat numerꝰ vulgi qd̃ uene-
rat cum eo de egipto: libies scilicet et
troglodite et ethiopes: capitq; ciuitates
munitissimas in iuda q uenit usq; in
ierusalem. Semeias autem ꝓpheta
ingressus est ad robõam et principes
iuda: qui congregati fuerant i ierusalem
fugientes sesac: dixitq; ad eos. Hec di-
cit dominꝰ. Vos reliquistis me: q ego
reliqui uos in manu sesac. Cõstituerũt
ergo principes israhel et rex dixerũt. Iu-
stus est dominus. Cũq; uidisset dũs
quod humiliati essent: factus ẽ sermo
domini ad semeiam dicens. Quia hu-
miliati sunt nõ disperdam eos: dabo
q eis paululũ auxilij: q non stillabit
furor meus super ierusalem ꝑ manũ
sesac. Veruntamen seruient ei: ut sciãt
distantiam seruitutis mee et ciuitatis
regni terrarũ. Ascendit itaq; sesac rex e-
gypti ab ierusalem sublatis thesauris do-
mus domini et domus regis: diuitia
q scutum tulit-q aureos quos
fecerat salomon ꝑ quibꝰ fecit rex eu-
nos-q tradidit illos principibꝰ scutari-
orum qui custodiebant uestibulum
palatij. Cumq; intraret rex domum
dei-ueniebãt scutarij q tollebant eos:
iterumq; referebant eos ad armamen-
tarium suum. Veruntamen quia hu-
miliati sunt auersa est ab eis ira dni:
nec deleti sunt penitus. Siquidem q in
iuda inuenta sunt opera bona. Con-
fortatus ẽ ergo rex roboam in ierusa-

atq; regnauit. Quadraginta autem
et unius ani erat cũ regnare cepisset:
et decem et septem annis regnauit i ihe-
rusalem urbe quã elegit dñs: ut cõfir-
maret nomen suũ ibi-de cunctis tribu-
bus israhel. Nomen aũt matris eius
naama ammanitis. Fecitq; malum
et non ꝑauit cor suũ ut quereret do-
minum. Opera uero roboam prima
et nouissima scripta sunt in libris se-
mei ꝓphete et addo uidentis: ꝛ diligen-
ter expoita. Pugnauerunt; aduer-
sum se roboã ꝛ iheroboã cũctis diebus.
Et dormiuit roboam cũ patribus suis:
sepultusq; est in ciuitate dauid: et re-
gnauit abia filius eius p eo. XIII

Anno octauodecimo regis iherо-
boam regnauit abia sup iudam.
Tribus annis regnauit in ihrusalem.
Nomenq; matris eius michaia: filia
uriel de gabaa: et erat bellũ inter abia
et iheroboam. Cumq; inisset abia ce-
ramen-ꝛ habere bellatoꝛissimos uiroꝝ
et electorum quadraginta milia: ihe-
roboam cõstituit contra aciem octo-
ginta milia uiroꝝ: qui et ipi electi erãt
et ad bella fortissimi. Stetit ergo abia
sup montem semeron-q; est in ephra-
im: et ait. Audi iheroboam et omnis
israhel. Num ignoras nõ dominus
deus israhel dederit regnum dauid sup
israhel in sempiternũ-ipi et filijs eius
in pactum salis. Et surrexit iheroboam
filius nabath seruus salomonis filij
dauid-ꝛ rebellauit contra dominum
suum. Congregatq; sunt ad eũ uiri
uanissimi et filij belial: ꝛ preualuerũt
contra roboam filiũ salomonis. Por-
ro roboam erat rudis et mole pauido:
nec potuit resistere eis. Nunc ergo uos
dicitis quod resistere possitis regno
dominii nõ possidet ꝑ filios dauid:
habetisq; grandem ꝓlem multitudinis:
atq; uitulos aureos quos fecit uobis
iheroboam in deos. Et eiecistis sacerdo-
tes dñi filios aaron atq; leuitas: ꝛ fe-
cistis uobis sacerdotes sicut omnes
ꝓpli terarũ. Quicunq; uenerit et inim-
auerit manũ suam in chamo-in tri-
bus-et in arietibus septem: fit sacerdos
eorũ qui nõ sunt dij. Nostre aũt dñs
deus est: quẽ nõ reliquimus. Sacer-
dotes ministrant domino de filijs
aarõ-et leuite sunt in ordine suo: ho-
rausta quoq; offerũt dño ꝑ singulos
dies-mane et uespere-et thymama
iuxta legis ꝓpta confectũ: ꝛ ponun-
tur panes in mensa mundissima. Etiq;
apud nos candelabrum aureũ-ꝛ lu-
cerna eius: ut accendant sicut ad ve-
spram. Nos quippe custodimus pre-
cepta dñi dei nostri: quẽ uos reliquistis.
Ergo in exercitu nostro dux deus est:
et sacerdotes eius qui clangunt tubis
et resonant contra uos. Filij israhel.
Nolite pugnare contra dñm deum
patrum uestroꝝ: quia non uobis ꝛpe-
dit. Hec illo loquente: iheroboã non
moliebatur insidias. Cumq; et aduer-
so hostiũ stare: ignorantes iudã sua
ambiebat exercitu. Respiciensq; iudas
uidit instare bellum et aduersa ꝛ post
tergum: et clamauit ad dñm ac sacer-
dotes tubis canere ceperunt: omnesq;
uiri iuda uociferati sunt. Et cum illis
clamantibus: percussit deus iheroboam
et omnem israhel qui stabat et aduer-
so abia et iuda fugeruntq; filij israhel
iudam: ꝛ tradidit eos deus in manu
eorum. Percussit ergo eos abia ꝛ ꝓpli
eius plaga magna: et corruerũt vul-
nerati et israhel-quinquaginta milia
uirorum fortiũ. Humiliatq; sunt filij
israhel i tempore illo-et roborati sunt

confortati filij iuda: eo quod sperassent
in domino deo patrũ suoꝝ. Persecutus
est aũt abia fugientẽ iheroboam: et re-
pit ciuitates eius-bethel et filias eius-
et ielana cum filiabus suis-effron cũ
filias eius. Nec valuit ultra resistere
iheroboam-in diebus abia. Quẽ percussit
dominus et mortuus ẽ. Igitur abia
cõfortato imperio suo-accepit uxores
quatuordecim: procreauitq; uiginti duo
filios-ꝛ sedecim filias. Reliqua au-
tem sermonum abia uiarumq; ꝛ opu-
um eius: scripta sunt diligentissime
in libro addo prophete. XIIII

Dormiuit aũt abia cum patribus
suis: et sepelierunt eũ in ciuitate
dauid. Regnauitq; asa filius eiꝰ pro
eo. In cuꝰ diebus quieuit terra anis
decem. Fecit ergo asa quod bonum
et placitũ erat i conspectu dei sui-ꝛ sub-
uertit altaria peregrini cultus-et ecclesia-
ꝛ cõfregit statuas lucosq; succidit:
et precepit iude ut quereret dñm deum
patrum suoꝝ-et faceret legem-ꝛ uniũsla
mandata. Et abstulit de cunctis urbibus
iuda aras ꝛ fana: et regnauit in
pace. Edificauit quoq; urbes munitas
in iuda: quia quietus erat ꝛ nulla tem-
poribus eius bella surrexerant-pace do-
mino largiente. Dixit aũt iude. Edifi-
cemus ciuitates istas-ꝛ uallemus mu-
ris-et roboremus turribus et portis et
seris-donec a bellis quieta sunt omnia:
eo quod quesierimus dñm deũ patrũ
nostroꝝ et dederit nobis pacem ꝑ gyrũ.
Edificauerunt igitur-ꝛ nullũ in exercitu
eiꝰ impedimentũ fuit. Habuit autẽ
asa in exercitu suo portantium scuta ꝛ
hastas de iuda trecenta milia: de ben
iamin uero scutatoꝝ et sagittariorũ
ducenta octaginta milia. Mileq; iti
uiri fortissimi. Egressus ẽ aũt contra
eos zara ethiops cũ exercitu suo decies
centena milia-ꝛ curribus trecentis: ꝛ uenit
usq; marcla. Porro asa egressus obuiã
ei-et instruxit aciem ad bellum i valle
sephata-que est iuxta marcla: ꝛ inuo-
cauit dñm dum et ait. Domine non
est apud te ulla distãcia-utrũ i paucis
auxilieis aut i pluribus: adiuua nos
dñe deus noster. In te enim ꝛ in tuo
nomine habentes fiduciã: ueniimus
contra hanc multitudinẽ. Domine de-
us noster tu es: nõ ꝓualeat contra te
homo. Exercuit itaq; dñs ethiopes co-
ram asa ꝛ iuda. Fugeruntq; ethiopes
et persecutus est eos asa ꝛ ꝓpls qui cũ
eo erat usq; gerara. Et ceciderunt ethio-
pes usq; ad internicionẽ: quia domi-
no ordine conteriti sunt ꝛ exercitu illiꝰ
preliante. Tulerunt ergo spolia nimia:
et percusserunt ciuitates omnes ꝑ circui-
tum gerare: grandis quippe cunctos
terror inuaserat: ꝛ diripuerũt urbes: ꝛ
multam predam asportauerunt: sed
et caulas ouiũ destruẽtes tulerũt preter
infinitam multitudinem camelorũ:
reuertuq; sunt in ihrusalem. XV

Azarias autem filius oded factus ẽ
de spiritu dei-egressus est i occur-
sum asa: et dixit ei. Audite me asa-et
omnis iuda et beniamin. Dominus
vobiscum: quia fuistis cũ eo. Si quesi-
eritis eũ: inueniet is. Si aũt dereliqueri-
tis: derelinquet uos. Transibũt autem
multi dies in israhel absq; deo uero-ꝛ
absq; sacerdote-absq; doctore ꝛ abs-
q; lege. Cũq; tribulati fuerit i angustia
sua ad dñm dum israhel ꝛ quesierint
eum: reperient eum. In tempore illo
non erit pax egredienti et ingredienti:
sed terrores undiq; in cunctis habita-
toribus terrarũ. Pugnabit enim gens
contra gentẽ-et ciuitas ꝛra ciuitatẽ

quia dñs conuerbabit eos in omni
angustia. Vos ergo confortamini: ⁊
non dissoluantur manus vestre: erit
enim merces opri vestro. Quod cum
audisset asa verba sciliet et prophetiam
azarie filij obeth phete confortatus
est: et abstulit ydola de omni terra iu-
da et de beniamin: et ex vrbibus quas ce-
perat montis ephraim: et dedicauit
altare domini quod erat ante porticū
dñi: congregauitq; uniuersum iudam
et beniamin: et aduenas cum eis de
ephraim ⁊ manasse ⁊ de symeon. Plu-
res enim ad eū confugerant ex israhel:
videntes quod dñs deus illius esset
cum eo. Cunq; uisisset in yhelin men
se tercio: anno decimoquinto regni asa:
immolauerūt dño i die illa de manu-
bijs: et prdā quā adduxerant: boues
septingentos: et arietes septem milia:
et iurauit ex more ad corroborandū
fedus: ut quererent dñm deum patrū
suorū in toto corde et in tota anima
sua. Si quis aūt inquit nō quesierit
dñm deum israhel: moriatur a mini-
mo usq; ad maximū a viro usq; ad
mulierem. Iurauerūtq; dño voce ma-
gna in iubilo: et in clangore tube et i
sonitu buccinarū: omes qui erant in iu-
da cum execratione. In omī enim cor-
de suo iurauerunt: et in tota voluntate
quesierunt eum: ⁊ inuenerūt. Precisit
q; eis dominus requiem per circuitum.
Sed et maacham matrem asa regis
ex augusto deposuit imperio: eo quod
fecisset in luco simulacrum priapi qd
omne contriuit: ⁊ in frusta comminuis
combussit in torrente cedron. Excelsa
aūt derelicta sunt in israhel. Tamen
cor asa erat perfectum cunctis diebus
eius. Eaq; vouerat pater suus: ⁊ ipse in-
tulit in domum domini: argentum ⁊
aurum vasorūq; diuersam supellectilem.
Bellum vero non fuit usq; ad ni-
simum annum regni asa. xvi

Anno autem tricesimo sexto regni
eius: ascendit baasa rex israhel i
iudam et muro circumdabat ramam ne
nullus ture posset egredi et ingredi de
regno asa. Protulit aūt asa argentū
et aurum de thesauris domus dñi et
de thesauris regijs: misitq; ad benha-
dad regem syrie qui habitabat in damas-
co dicens. Fedus inter me ⁊ te est. Pa-
ter quoq; meus et pater tuus habuerūt
concordiam: quāobrem misi tibi ar-
gentum ⁊ aurū: ut rupto federe quod
habes cum baasa rege israhel facias
eum a me recedere. Quo comperto ben-
dad misit principes exercituum suorū
ad vrbes israhel: qui percusserūt ahion
et dan et abelmaim et uniuersas vrbes
munitas. Quod cum audisset baasa
desiuit edificare rama: ⁊ intermisit o-
pus suum. Porro asa rex assumpsit
uniuersum iudam et tulerunt lapides
de rama ⁊ ligna que edificationi para-
uerat baasa: edificauitq; ex eis gaba
et maspha. In tempore illo venit
anani phetes ad asam regem iudee ⁊
dixit ei. Quia habuisti fiducia in rege
syrie et nō in domino deo tuo: idcirco
euasit syrie regis exercitus de manu tua.
Nonne ethiopes et libies multo plu-
res erant quadrigis et equitibus ⁊ mul-
titudine nimia: quos cum i domino
credidisses: tradidit i manu tua? Ne-
li enim dñi contemplantur omnis ter-
ram: ⁊ prebent fortitudinē hijs qui
corde perfecto credunt in eum. Stulte
igitur egisti: ⁊ propter hoc etiam pri-
stini temporis aduersus te bella coiur-
gent. Iratusq; asa aduersus vidente
misit eū in carcerē in furore. Valde quippe

sup hoc fuerat dominus indignatus
et interfecit de plo in tempore illo plu-
rimos. Opera aūt asa prima et nouis-
sima scripta sunt in libro regum iude
et israhel. Egrotauit etiā asa anno tri-
cesimo nono regni sui dolore pedum
vehementissimo: et nec in infirmitate
sua quesiuit dñm: sed magis in medi-
corum arte confisus est. Dormiuitq;
cum patribus suis ⁊ mortuus est ano
quadragesimo primo regni sui: et se-
pelierunt eū in sepulcro suo qd fodera-
bat sibi in ciuitate dauid. Posuerūtq; eū
super lectulum suū plenum aromati-
bus ⁊ pigmentis mercatorijs que erant
pigmentariorū arte facta: ⁊ cōbusserūt
super eum ambitione nimia. xvii

Regnauit aūt iosaphat filius eius
pro eo: ⁊ inualuit contra israhel.
Constituitq; multos numerosos i cuiq;
vrbibus iude que erat vallate muris:
presidiaq; disposuit in terra iude ⁊ in
ciuitatibus ephraim quas ceperat asa
pater eius. Et fuit dominus cū iosaphat:
quia ambulauit in vijs dauid patris
sui primis ⁊ non sperauit in baalim
sed in deo patris sui: et pereqit in prec-
pijs illius ⁊ non iuxta peccata israhel.
Confirmauitq; dñs regnū i manu eius:
⁊ dedit omnis iuda munera iosaphat:
factusq; sunt ei infinite diuitie: et mira
gloria. Cunq; sumpsisset cor eius au-
daciam: pter vias dñi: etiam excelsa
et lucos de iuda abstulit. Tercio autem
anno regni sui misit de principibus
suis benail ⁊ obdiam ⁊ zachariam: et
nathanael ⁊ micheam: ut docerent
in ciuitatibus iuda: ⁊ cum eis leuitas se-
meiam ⁊ nathaniam et zabadiam: a-
sahel ⁊ semiramoth et ionathan: a-
doniam: ⁊ tobiam et tobadoniam
leuitas: et cum eis elisama et ioram
sacerdotes. Docēbāq; pplm in iuda:
habentes librū legis domini: ⁊ circui-
ibant cunctas vrbes iude: atq; erudi-
ebant populū. Factaq; est pauor
domini super omnia regna terraq; que
erant per gyrum iude: nec audebāt bel-
lare contra iosaphat. Sed et philisti:
iosaphat munera deferebāt: ⁊ vectigal
argenti. Arabes quoq; adducebant
pecora arietū: septē milia septingentos:
⁊ hircos totidem. Crevit ergo iosaphat
et magnificatus est usq; i sublime: atq;
edificauit in iuda domos ad instar
turrium vrbesq; muratas: ⁊ multa o-
pera patrauit in vrbibus iuda. Viri
quoq; bellatores ⁊ robusti erant i ie-
rusalem: quorū iste numerus ꝯ domos
atq; familias singularum. In iuda
princeps exercitus eranus dux: et cum
eo robustissimorū viri centena milia.
Post hunc iohannan princeps: et cū
eo ducenta octuaginta milia. Post i-
lum ch amasias filius zechri consecratus
domino: et cū eo ducenta milia virorū
fortium. Hunc sequebatur robustus
ad prelia eliade: et cum eo centenū ar-
cum et clipeum ducenta milia. Post
istū eliabaad: ⁊ cū eo centūodoginta
milia expeditorum militum. Hi o-
mnes erāt ad manum regis: exceptis
alijs quos posuerat in vrbibus mura-
tis. et in universo iuda. xviii

Fuit ergo iosaphat diues ⁊ inclitus multum: ⁊ affinitate coniun-
xus est achab: deseendiq; post annos
ad eum in samariam. Ad cuius ad-
ventum macauit achab arietes ⁊ bo-
ues plurimos ipsi ⁊ populo q̄ venerat
cum eo: persuasitq; illi ut ascenderet in
ramoth galaad. Dixitq; achab rex
israhel ad iosaphat regem iude. Ven
mecum in ramoth galaad. Cui ille

rispondit. Et ego et tu: sicut populus
tuus sic et pplus meus: ecceq; eimus
in bello. Dixit iosaphat ad regem isrl.
Consule obsecro in presentiaz sermo-
nem dñi. Congregauit igit rex israhel
prophetaz quadringentos viros: z di-
xit ad eos. Iri ramoth galaad ad bel-
landū ire debemus an quiescere? Et
illi ascende inquiūt: z tradet deus i ma-
nu regis. Dixitq; iosaphat. Nūquid
non ē hic ꝓpheta dñi: ut ab illo etiā
requiramus? Et ait rex israhel ad io-
saphat. Est vir vnꝰ a quo possumus
quirere dñi voluntatem: sed ego odi
eum quia nō ꝓphetat mihi bonum
sed malū omni tempore. Et ait mi-
chaeas filius iemla. Dixitq; iosaphat.
Ne loquaris rex hec modo. Vocauit
ergo rex israhel unū de eunuchis: z di-
xit ei. Festina cito michaeam filiū iemla.
Porro rex israhel z iosaphat rex iuda
vtrq; sedebāt in solio suo: vestiti cultu
regio. Sedebant aūt in area iuxta por-
tam samarie: omesq; ꝓphete vaticina-
bantur coram eis. Sedechias vero filius
chanana fecit sibi cornua ferrea: z ait.
Hec dicit dominus. Hijs ventilabis
siriam: donec conteras eā. Omnesq;
prophete similiter ꝓphetabant: atq; di-
cebant. Ascende in ramoth galaad z
prosperabaris: z tradet eos dominus
in manu regis. Nuncius aūt qui ierat
ad vocandū michaeam ait illi. Ecce ver-
ba omniū prophetarū uno ore bona
regi annūciant. Quesso ergo te ut z tu
sermo tuus ab eis nō dissentiat: loqua-
risq; prospera. Cui respondit michaeas.
Viuit dñs: quia quecūq; dixerit mi-
chi deus meus hec loquar. Venit ergo
ad regē. Cui rex ait. Michea: ire debeus
in ramoth galaad ad bellandum an
quiescere? Cui ille respondit. Ascendite:
cuncta enim prospera euenient: et tra-
dentur hostes i manus tuas. Dixitq;
rex. Iterum atq; iterū te adiuro: ut mi-
chi nō loquaris nisi ꝓ verum est in
nomine dñi. Et ille ait. Vidi uniuer-
sum israhel dispersum i montibus: sicut
oues absq; pastore. Et dixit dominus.
Non habent isti dominos: reuertat
unusquisq; in domum suā in pace. Et
ait rex israhel ad iosaphat. Nōne dixi
tibi q̃ nō prophetaret iste michi quic-
q̃ boni: sed ea que mala sunt? Et ille
ait ideo ait. Audite verbum dñi. Vidi
dñm sedentem in solio suo: et omnē
exercitum celi assistentem ei a dexris et
a sinistris. Et dixit dominus. Quis
decipiet achab regē israhel ut ascendat
et corruat in ramoth galaad? Cumq;
diceret unus hoc modo et alter alio:
processit spiritus z stetit coram dño
et ait. Ego decipiam eū. Cui dñs. In
quo inquit decipies? Et ille respondit.
Egrediar: z ero spiritus mendax i ore
omniū prophetaz eī. Dixitq; dñs. De-
cipies et preualebis: egredere z fac ita.
Nūc igitur ecce dñs dedit spiritū mendacij
i ore omniū prophetaz istorum:
et dñs locutus est de te mala. Accessit
autem sedechias filius chanana: z pe-
cussit michee maxillā: et ait. Per quā
viam transiuit spiritus dñi a me ut
loqueretur tibi? Dixitq; michaeas. Ip-
se videbis i die illo: quādo ingressus
fueris cubiculū de cubiculo: ut abscon-
daris. Precepit aūt rex israhel dicens.
Tollite michea et ducite eū ad amon
principem ciuitatis z ad ioas filium
amalech: et dicetis. Hec dicit rex. Mit-
tite hunc in carcerem: z date ei panis
modicū z aque pauxillū: donec reuer-
tar in pace. Dixitq; michaeas. Si reuer-
tens fueris in pace: non est dominus

locutus in me. Et ait. Audite omnes
ppli. Igitur ascendēt rex israhel et io-
saphat rex iuda i ramoth galaad: di-
xitq; rex israhel ad iosaphat. Mutabo
habitum z ire ad pugnā vadam: tu
aūt induere vestibus tuis. Mutatoq;
rex israhel habitu venit ad bellum. Rex
autem syrie preceperat ducibus equitatus
sui dicens. Ne pugnetis contra mini-
mum aut cōtra maximū: nisi contra
solum regē israhel. Itaq; cū vidissent
principes equitatus iosaphat: dixerūt.
Rex israhel est iste: z circumdederūt eum
dimicares. Et ille clamauit ad domi-
num et auxiliatus est ei: atq; auertit
eos ab illo. Cū enim vidissent duces
equitatus q̃ non esset rex isrl: reliqueū-
runt eum. Accidit aūt ut unus e popu-
lo sagittam in incertū iaceret: z pcu-
teret regē israhel inter ceruicē z scapulas.
At ille auriga suo ait. Conuerte ma-
num tuam et educ me de acie: quia
vulneratus sum. Et finita est pugna
in die illo. Porro rex israhel stabat in
curru suo ꝰra syros usq; ad vesperam:
et mortuus est occidente sole. XIX

Reuersus ē aūt iosaphat rex iuda
in domū suam pacifice in iheru-
salem. Cui occurrit ihu filius anani
videns: et ait ad eū. Impio ꝓbes au-
xilium: et hys q̃ odērūt dñm amicicia
iungeris: et ideo iram quidem dñi
merebaris: sed bona opera inuenta
sunt in te: eo quod abstuleris lucos de
terra iuda. z ꝓparaueris cor tuū ut re-
quireres dñm deū patrū tuoꝝ. Habi-
tauit ergo iosaphat i iherusalem. Rur-
sumq; egressus ē ad ꝑplm de bersabee
usq; ad montem ephraim: z reuocauit
eos ad dñm deum patrū suoꝝ: consti-
tuitq; iudices terre i ciuitatibus
iuda munitis p singla loca: z ꝓpipes
iudicibz videre ait quid faciatis. Non
enim hominis exercetis iudicū sed do-
mini: z quodcūq; iudicaueritis i vos
redundabit. Sit timor dñi vobiscum:
et cū diligentia cuncta facite. Non est
enim apud dñm deū nūm iniquitas
nec ꝑsonarū acceptio: nec apud mu-
nerum. In ihrlm quoq; constituit io-
saphat leuitas z sacerdotes et principes
familiaz et israhel ut iudicū z causa
dñi iudicarent habitatoribus eius:
precepitq; eis dicens. Sic ageris in ti-
more domini fideliter et corde perfecto.
Omnem causam que venerit ad vos
fratū vestroꝝ qui habitant i urbibus
suis - inter cognationē z cognationē
vbicūq; questio ē de lege: de mādato:
de ceremonijs: de iustificationibus: o-
stendite eis ne non peccent in dñm: et
ne veniat ira sup vos z sup fratres ve-
stros. Sic ergo agentes nō peccabitis.
Amarias aūt sacerdos z pontifex ve-
ster: in hijs que ad deū pertinent presi-
debit. Porro zabadias filius ismahel
qui est dux in domo iude: sup ea opera
erit que ad regis officiū pertinēt. Ly-
beitesq; magistros leuitas coram vo-
bis: confortamini et agite diligenter:
z erit dominꝰ vobiscū in bonis. XX

Post hec congregatā sunt filij mo-
ab z filij amon z cum eis de am-
monitis ad iosaphat: ut pugnarent
contra eū. Venientq; nunciq; et indi-
caueruntq; iosaphat dicentes. Venit
contra te multitudo magna de hijs
locis q̃ trans mare sunt et de siria: et
ecce constitunt in asasontamar: que
est engaddi. Iosaphat autem timore
perceptus: totum se cōtulit ad rogan-
dum dñm: z predicauit ieiunium uni-
uersis iuda. Congregatusq; est iudas
ad deprecandū dñm: z omnes de

urbibus suis venerunt ad obsecrandum. Cumq; stetisset iosaphat in medio
ecclie iude et ihrslm in domo dni ante
atrium nouum ait. Domine deus patrum
nostrorum tu es dus in celo: et dominaris
omnibus regnis gentium. In manu tua est
fortitudo et potentia: nec quisq; tibi po-
test resistere. Nonne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius
coram populo tuo israhel: et dedisti eam
semini abrahe amici tui in sempiternum?
Habitaueruntq; in ea: et edificauerunt in
illa sanctuarium nomini tuo dicentes.
Si ierunt super nos mala: gladius
iudicij: pestilentia et fames: stabimus
coram domo hac in conspectu tuo: in
qua inuocatum est nomen tuum: et clamabimus ad te in tribulationibus nostris:
et exaudies saluosq; facies. Nunc igit
ecce filij amon et moab et mons seir
per quos non concessisti israel ut transirent
quando egrediebant de egipto: sed declinauerunt ab eis et non interfecerunt
illos: econtrario agunt: et ecce nunc ferre
nos de possessione qua tradidisti nobis deus noster. Ergo non iudicabis
eos? In nobis quidem non est tanta
fortitudo ut possimus huic multitudini
resistere: que venit super nos: sed cum
ignoremus quid agere debeamus hoc
solum habemus residui: ut oculos
nostros dirigamus ad te. Omnis vero
iuda stabat coram domino: cum parvulis et
vxoribus et liberis suis. Erat autem iaziel
filius zacharie filij banaie filij ieiiel
filij mathanie leuites de filijs asaph:
super quem factus est spiritus dni in me-
dio turbe et ait. Attendite omnis iuda
et qui habitatis in ihrslm: et tu rex iosa-
phat. Hec dicit dnus vobis. Nolite
timere: nec pauetis hanc multitudinem.
Non est enim vestra pugna: sed dei. Eras
descendetis contra eos. Ascensuri enim
sunt per clinum nominis sis: et inuenietis
illos in summitate torrentis qui est
contra solitudinem ieruhel. Non num
eritis vos qui dimicabitis: sed tantum
modo constanter state: et videbitis au-
xilium dni super vos. O iuda et ihrslm no-
lite timere nec pauetis: eras egredie-
mini contra eos: et dns erit vobiscum. Io-
saphat ergo et iuda et omnes habitatores
ihrslm ceciderunt proni in terram coram
dno: et adorauerunt eum. Porro leuite
de filijs caath et de filijs chore laudabant dnm deum israhel voce magna in
excelsum. Cumq; mane surrexisset egressi
sunt per desertum thecue: profectisq; eis
stans iosaphat in medio eorum dixit.
Audite me viri iude: et omnes habitatores
ihrslm. Credite in dno deo vestro:
et securi eritis: credite prophetis eius:
et cuncta euentent prospera. Deditq; con-
silium populo: et fecit cantores dni ut
laudarent eum in ornatu sanctorum: et ante
exercitum exercituum: ac voce consona dicerent.
Confitemini dno: quia in eternum misericordia eius. Cumq; cepissent laudes ca-
nere: vertit dns insidias eorum in semet-
ipsos filiorum scilicet ammon et moab
et montis seir: qui egressi fuerant ut pu-
gnarent contra iudam: et pressi sunt. Nam
filij ammon et moab consurrexerunt
aduersum habitatores montis seir: ut
interficerent et delerent eos. Cumq; hoc
opere peractum esset: etiam in semetipsos ver-
si mutuisq; cederent vulneribus. Porro
iudas cum venisset ad speculam in respi-
cit solitudinem vidit procul omne late
regionem plenam cadaueribus: nec fuisse
quemq; qui euadere potuisset euadere. Ve-
nit ergo iosaphat et omnis plebs cum eo
ad detrahenda spolia mortuorum:
inuenerunt inter cadauera variam

supellectilem: vestes et vasa pretiosissima: et diripuerunt: ita ut oia portare
non possent nec per tres dies spolia au-
ferre: pro prede magnitudine. Die au-
tem quarto congregati sunt in valle
benedictionis. Erat quoniam ibi bene-
dixerunt dno: vocauerunt locum illum
vallis benedictionis usq; in presentem
diem. Reversusq; est omnis vir iuda et
habitatores ihrslm: et iosaphat ante
eos in ihrslm cum letitia magna: eo quod
dedisset eis dns gaudium de inimicis
suis. Ingressiq; sunt in ihersalem cum
psalteriis et cytharis et tubis in domum
domini. Fuit autem timor dei super uniuersa regna terrarum: cum audissent quod
pugnasset dns contra inimicos israhel:
quietumq; regnum iosaphat: et prebuit ei
pacem deus per circuitum. Regnauit igitur
iosaphat super iudam: et erat triginta quin-
que annos cum regnare cepisset. Viginti
autem et quinque annis regnauit in iheru-
salem: et nomen matris eius azuba filia
selachi: et ambulauit in via patris sui
asa nec declinauit ab ea faciens que
placita erant coram dno. Verumtamen
excelsa non abstulit: et adhuc populus non
direxerat cor suum ad dnm deum patrum
suorum. Reliqua autem gestorum iosaphat
priorum et nouissimorum scripta sunt in
verbis iehu filij anani: qui digessit in li-
bro regum israel. Post hec inijt amicitias
iosaphat rex iude cum ochozia rege israel
cuius opera fuerunt impissima: participes
fuit ut facerent naues qui irent in tharsis:
fecerunt classes in asiongaber. Prophetauit autem eliezer filius dodau de maresa ad
iosaphat dicens. Quia habuisti fedus
cum ochozia: percussit dns opera tua: confe-
ctae sunt naues: nec potuerunt ire in tharsis.

Dormiuit autem iosaphat cum
patribus suis: et sepultus est
cum eis in ciuitate dauid: regnauitq;
ioram filius eius pro eo. Cui fuerunt
fratres filios iosaphat: azariam et ie-
hiel et zachariam et azariam et michahel et saphaciam. Omnes hij filij iosa-
phat regis iude. Dederatq; eis pater suus
multa munera argenti et auri et pre-
tiosorum cum ciuitatibus munitissimis in
iuda: regnum autem tradidit ioram eo quod
esset primogenitus. Surrexit autem
ioram super regnum patris sui. Cumq; se
confortasset: occidit omnes fratres su-
os gladio et quosdam de principibus
iuda. Triginta duos annos erat cum
cum regnare cepisset: et octo annis regnauit in ihrslm: ambulauitq; in via re-
gum israhel sicut egerat domus achab.
Filia quippe achab erat uxor eius. Et
fecit malum in conspectu dni. Noluit autem
dns disperdere domum dauid propter pa-
ctum quod inierat cum eo: et quia promiserat
ut daret ei lucernam et filijs eius in omni
tempore. In diebus illis rebellauit edom
ne esset subditus iude: et constituit sibi
regem. Cumq; transisset ioram cum prin-
cipibus suis: et cuncto equitatu qui erat
secum: surrexit nocte et percussit edom
qui se circumdederat: et omnes duces
equitatus eius. Iteramen rebellauit edom:
ne esset subditus iude: usq; ad hanc diem.
Eo tempore et lobna recessit: ne esset
sub manu illius. Derelinquerat enim do-
minum dm patrum suorum: insuper et excelsa
fabricatus est in urbibus iude: et fomi-
cari fecit habitatores iherusalem: et pre-
uaricari iudam. Allata sunt autem ei
litere ab helia prophete: in quibus scri-
ptum erat. Hec dicit dns deus dauid
patris tui. Quoniam non ambulasti in
viis iosaphat patris tui: et in viis asa
regis iude sed incessisti per viam regum israel
et fornicari fecisti iudam et habitatores

iherusalem imitatus fornicationē domus achab: insuper & fratres tuos domū patris tui meliores te occidistis: ecce dñs percutiet te plaga magna cū populo tuo: et uxoribus et filijs tuis: omnisq; substantia tua. Tu aūt egrotabis pessimo languore uteri: donec egrediantur uisalia tua paulatim p singulos dies. Suscitauit ergo dñs cōtra ioram spiritū philistinorū & arabū: qui confines sunt ethiopijs: et ascenderunt in terram iuda et vastauerūt eam. Deripuerūtq; omnēm substantiam q̄ inuenta est in domo regis: insuper et filios eius et uxores. Nec remansit ei filius nisi ioachaz: qui minimus natu erat. Et post hæc omnia percussit eū dñs alui languore insanabili. Cumq; dies succederet dies: & temporū spacia volucrentur: duorū annorū egrotus est circulus: et sic longa consumptus tabe: ita ut egrederet etiā uiscera sua: languore pariter et uita caruit. Mortuusq; ē in infirmitate pessima: & nō fecit ei populus sōm morem cōbustionis exequias: sicut fecerat maioribus eius. Triginta duorum annorum fuit cū regnare cepisset: et octo ānis regnauit i ihrusalem. Ambulauitq; non recte: et sepelierunt eum in ciuitate dauid: verumtamen non in sepulcro regum. XXII

Constituerūt autem habitatores ihrusalē ochoziam filium eius minimū regem pro eo. Omnes enī maiores natu qui ante eū fuerant interfecerant latrones arabū qui irruerant in castra. Regnauitq; ochozias filius ioram regis iude quadraginta duorum annorum erat ochozias cū regnare cepisset: & uno anno regnauit in iherusalem: & nomen mātis ei athalia filia amri. Sed et ipse ingressus ē per uias domus achab. Nam erat eū ei impulit eum: ut impie ageret. Fecit igit malū in conspectu domini sicut domus achab. Ipsi enī fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui in interitū eius: ambulauitq; in ēsilijs eorū. Et peregit cū ioram filio achab rege israel in bello contra hasahel regem syrie in ramoth galaad: vulneraueruntq; syri ioram. Cui reuersus ut curaret in israhel. Multas enī plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur ochozias filius ioram rex iuda descendit ut inuisere ioram filiū achab i israhel egrotantem. Ipse siquidem quippe fuit dei aduersus ochoziam: ut veniret ad ioram. Et cum venisset & egredereretur cum eo aduersus iehu filiū namsi quē unxit dominus ut deleret domū achab: cū ergo iudicaret iehu domū achab inuenit principes iuda et filios fratrū ochozie qui ministrabant ei: & interfecit illos. Ipsum quoq; requirens ochoziam comprehendit latantē in samaria adductū q; ad se deducit: et sepeliuerūt eum quia esset filius iosaphat: qui quesierat dominum in toto corde suo. Nec erat ultra spes aliqua: ut de stirpe ejus regnaret ochozie. Siquidem mater ejus athalia uidēs q̄ mortuus esset filius suus: surrexit: & interfecit omnē stirpē regiā domus ioram. Porro iosabeth filia regis abit ioas filium ochozie: et furata est eum de medio filiorum regis cū interficerentur: abscondiq; eum cū nutrice sua in cubiculo lectulorum iosabeth: ait quē abscondiat cū: erat filia ioram. uxor ioiade pontifex soror ochozie: et idcirco athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis: ipse regnauit athalia sup terrā. XXIII

Anno aūt septimo cōfortatus ioiada assumpsit centuriones: azariam videlicet filium ieroboā & ismahel filiū iohannan: azariam quoq; filium obed: & maasiam filiū adaie: et elisaphat filium zechri: et inijt cū eis fedus. Qui circuientes iudā cōgregauerunt leuitas de cunctis urbibus iuda: et principes familiarū israhel: venerunq; i ihrlm. Inijt ergo omnis multitudo pactū i domo dei cū rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce filij regis regnabit sicut locutus est dñs sup filios dauid. Iste est ergo quē facietis. Tertia pars eorū qui uenitis ad sabbatū sacerdotū et leuitarum et ianitorū erit in portis: tertia uero pars ad domū regis: & tertia ad portā q̄ appellatur fundamenti. Omnis uero reliquū uulgus sit in atrijs domus dñi: nec quispiam alius ingrediatur domū dñi: nisi sacerdotes & qui ministrant de leuitis. Ipsi tantūmodo ingrediantur: quia sanctificati sunt: & omne reliquum uulgus obseruet custodias domini. Leuite aūt circundēt regem habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit templum interficiat: stetq; cum rege: & intrante & egrediente. Fecerunt ergo leuite & uniuersus iuda iuxta omnia quæ preceperat ioiada pontifex. Et assumpserunt singuli uiros qui sub se erant: & venierūt ad ordinē sabbati cum his q̄ impleuerant sabbatum: et egressi erant. Siquidem ioiada pontifex nō dimiserat abire uacuas: que sibi p singulas ebdomadas succedere cōsueuerant. Deditq; ioiada sacerdos centurionibus lanceas et ciproseq; et ptas regis dauid: quas dedicauerat in domo dñi. Constituitq; omnē populū tenentē pugiones a parte templi dextra: usq; ad partem templi sinistram circa altari et templo p circuitū regis: et eduxerūt filiū regis et imposuerūt ei diadema & testimoniū: dederūtq; in manu eius tenendā legem & constituerunt eum regem. Unxitq; illū ioiada pontifex & filij eius: imprecati q̄ sunt et aiq; dixerunt. Viuat rex. Quod cū audisset athalia vocem scilicet concurrentium: atq; laudantiū regem: ingressa est ad plm in templū dñi. Cūq; vidisset regē stantem super gradū i introitu et principes turmasq; circa eū: omnēq; plm iere gaudentē atq; clangentē tubis: & diuersi generis organis cōcinentem: vocesq; laudantiū: scidit vestimenta sua & ait. Insidie: insidie. Egressus aūt ioiada pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis. Educite illam extra septa templi: et interficiat foris gladio. Precepitq; sacerdos ne occideretur in domo domini. Et imposuerūt cruciibus eius manus. Cumq; introisset portam equoru dñi regis: interfecerūt eā ibi. Pepigit aūt ioiada sed & inter se uniuersusq; plm et rege: ut esset ipse dñi. Istaq; ingressus est omnis plm domū baal: et destruxerunt eam: et altaria & simulacra illius cōtriuerūt: mathan quoq; sacerdotem baal interfecerūt aūt aras. Constituit autem ioiada pōtifex in domo dñi et sub manibus sacerdotū & leuitarum: quos distribuit dauid in domo dñi: ut offerent holocausta domino sicut scriptū est in lege moysi: in gaudio et cānticis: iuxta dispositionē dauid. Constituit quoq; ianitores in portis domus dñi: ut nō ingrederet eam immūdus in omni re. Assumpsitq; centuriones et fortissimos viros: ac principes plm et omne uulgus terre: & fecerunt deducere regem de domo dñi: & introire

per medium porte superioris in do-
mum regis: et collocauerunt eum in
solio regali. Letatusq; ē omnis popu-
lus terre: et urbs quieuit. Porro atha-
lia interfecta est gladio. xxiiij

Septem ānorū erat ioas cū regna-
re cepisset: ⁊ quadraginta ānis
regnauit in ihrsalē. Nomē matris eī
sebia de bersabee. Fecitq; qd bonum
est coram dño: cunctis diebus ioiade
sacerdotis. Accepit aūt ei ioiada vxores
duas: e quibus genuit filios et filias.
Post que placuit ioas ut instauraret
domum dñi: congregauitq; sacerdo-
tes et leuitas: et dixit eis. Egredimini
ad ciuitates iuda: et colligite de uniuer-
so israhel pecuniā ad sarcienda templi
dei nostri p singulos annos: festina-
teq; hoc facite. Porro leuite egere ne-
glexerunt. Vocauitq; rex ioiadam
principem: et dixit ei. Quare nihil non
fecisti cure ut cogeres leuitas inferre de
iuda et de ihrusalē pecuniā q̄ cōstituta
est a moyse seruo dñi: ut inferret eam
omnis multitudo isrl in tabernaculū
testimonij? Athalia enī impiissima
et filij eius destruxerūt domū dei: et de
uniuersis que sanctificata fuerant in
templo dñi ornauerūt phanū baalim.
Precepit rex: et fecerūt archam: po-
suerūtq; eā iuxta portam dñi forinse-
cus. Et pdicauī est i iuda et ihrusalē:
ut deferrent singli pōnum domino qd
cōstituit moyses seruus dei super omnē
israhel - in deserto. Letatiq; sunt cuncti
principes: et omnis ppls: ⁊ ingressi con-
tulerunt in archam dñi atq; miserunt:
ita ut impleret. Cūq; tempus esset ut
deferret archam coram rege p manus
leuitarū: videbant eū multā pecuniā:
ingrediebat scriba regis ⁊ qui pōnus
sacerdos constituerat: effundebantq;
pecuniam que erat in archa. Porro
archam reportabant ad locū suū: sicq;
faciebāt per singulos dies. Et congre-
gata est infinita pecunia: quā tradidit
rex et ioiade hijs qui p̄erant operibus
domus dñi. At illi erogabant ea
cesores lapidū ⁊ artifices operū singu-
lorū: ut instaurarent domū dñi: cla-
bros quoq; ferri et eris: ut qd esset
reperat fulcire. Egereūtq; hij q̄ opera-
bantur industrie: et obduxerūt pace-
tum ecclie per manus eorū: atq; sustā-
uerunt domū dñi in statum pristinū:
et firmiter eam stare fecerūt. Cūq; com-
plessent omnia opera - detulerūt coram
rege et ioiade reliquā partem pecunie:
de qua facta sunt vasa templi in mini-
sterium ad holocausta: scale quoq; et
cetera vasa aurea et argentea. Et offe-
rebant holocausta in domo domini
iugiter cunctis diebus ioiade. Senu-
it aūt ioiada plenus dierū et mortu-
us est cū centū triginta esset annoꝝ: septe-
runtq; cū in ciuitate dauid cū regibus
eo q̄ fecisset bonū cū israhel ⁊ cū domo
eius. Postq; aūt obijt ioiada: ingressi
sunt principes iuda - et adorauerunt
regem. Qui delinitus obsequijs eorū
acquiuit eis. Et dereliquerūt templū
domini dei patrū suoꝝ seruieūtq; lu-
cis et sculptilibus: et facta est ira contra
iudā et ihrusalē pro hoc peccatoꝝ.
Misitq; eis ꝓphetas ut reuerterent
ad dominū: quos protestāti illi audi-
re nolebant. Spiritus itaq; dei indu-
dit zachariam filiū ioiade sacerdo-
tis: et stetit in cōspectu ppli: et dixit eis. Hec
dicit deus. Quare transgrediminī pe-
ceptū domini quod vobis nō pdest:
et dereliquistis dominū ut deseratq;
re vos? Qui congregati aduersus eū
miserunt lapides iuxta regis imperiū:

in atrio domꝰ dñi. Et nō ē recordatus
ioas rex misericordie quā fecerat ioia-
da patre illius secū: sed interfecit filiū
eius. Qui cū moreret: ait. Videat dñs
et requirat. Cūq; euolue esset annus
ascendit contra eū exercitus syrie: venit
q; i iudam et ihrsalē et interfecit cūctos
principes ppli: atq; universam pdam
miserunt regi damascū. Et cere cum
paucioribus venisset uniuersa syrorū
tradidit dñs manibus eorū infinitam
multitudinē: eo qd dereliquissent do-
minū deū pātū suorū. In ioas quoq;
iudicia exercuerūt iudicia: et abeun-
tes dimiserūt eum in languoribus
magnis. Surrexerūt aūt contra eum
serui sui i vltionē sanguinis zacharie
filij ioiade sacerdotis - ⁊ occiderunt eū
in lectulo suo et mortuus est: sepelierūt
q; illum in ciuitate dauid sed non in
sepulcris regum. Insidiati vero sunt
ei zabad filius semaath ammanitis: et
iozabath filius semaruth moabitidis.
Porro filij eius ac summa pecunie
que adunata fuerat sub eo - et instaura-
rāt domus dei scripta sunt diligen-
ter in libro regum. Regnauit autem
amasias filius eius pro eo. xxv

Vigintiquinq; annorū erat ama-
sias cū regnare cepisset: ⁊ viginti
nouem ānis regnauit in ihrusalem.
Nomen mātis eius ioiadan de ihrusa-
lem. Fecitq; bonū in conspectu domini:
verumtamen nō in corde perfecto. Cūq;
roboratum sibi videret imperiū iugu-
lauit seruos qui occiderant regē patrē
suum: sed filios eorū nō interfecit - sicut
scriptū ē i libro legis moysi: ubi precipit
dñs dicens. Non occidentur patres
pro filijs - neq; filij pro pribus suis: sed
unusquisq; in suo peccato morietur.
Congregauit igit amasias iudam - ⁊
constituit eos per familias - tribunos
q; et centuriones i universo iuda ⁊ ben-
iamin: et recensuit a viginti ānis sur-
sum - inuenitq; triginta milia iuuenū
qui egrederent ad pugnam ⁊ tenerent
hastam et clipeum. Mercede quoq;
conduxit de israhel centū milia robu-
storum cenū talentis argenti. Venit
aūt homo dei ad illum et ait. O rex
ne egrediatur cū eqrcit? israhel. Nō
est enim dñs cum isrl: et cunctis filijs
ephraim. Quod si putas in robore ex-
ercitus bella consistere: superari te facit
deus ab hostibus. Deo quippe est et
adiuuare: ⁊ in fugam conuertere. Di-
xitq; amasias ad hominē dei. Quid
ergo fiet de centum talentis que dedi
militibus israhel? Et respondit ei ho-
mo dei. Habet dñs unde tibi dare pos-
sit multo hijs plura. Separauit itaq;
amasias exercitum qui uenerat ad eū
de ephraim: ut reuerterentur i locū suū.
At illi cōtra iudam vehementer iran-
tes reuersi sunt in regionē suam. Porro
amasias cōfidenter eduxit ppls suum
et abijt in vallem salinarū: percussiq;
filios seir decem milia. Et alia decem
milia viroꝝ ceperunt filij iuda: ⁊ adduxe-
runt ad ꝓruptū cuiusdam petre - precip-
itauerūtq; eos de summo i preceps:
qui universi ceciderūt. At ille exercit?
qui remiserat amasias ne secum iret
ad prelium: diffusus i ciuitatibus iuda
a samaria usq; ad bethoron - interfec-
tis eibus milibus diripuit predam
magnā. Amasias quoq; postq; redem
dominoꝝ et allatos deos filiorū seir
statuit illos in deos sibi: ⁊ adorabat
eos: et illis adolebat incensum. Quā-
obrem iratus dñs contra amasiam:
misit ad illum prophetā qui diceret
ei. Cur adorasti deos q̄ nō liberauerūt

populū suū de manu tua? Cunq; hæc
ille loqueret: respondit ei. Num consi-
liarius regis es? Quiesce ne interficiā
te. Desistensq; propheta: scio inquit
quod cogitaverit dīs perdere te: qui
et fecisti hoc malū: et nolui nō acqui-
evisti consilio meo. Igit amasias rex
iuda inito pessimo consilio: misit ad
ioas filiū ioachaz: filij iehu regē israhel
dicens. Veni videamus nos mu-
tuo. At ille remisit nūcios dicēs. Car-
duus qui est i libano: misit ad cedrū
libani dicens. Da filiā tuā filio meo
uxorem. Et ecce bestie que erant i silua
libani: transierūt et cōculcaverunt car-
duum. Dixisti percussi edom: et idcirco
erigitur cor tuū in superbiā. Sedet in do-
mo tua. Cur malū adversum te pro-
cas: ut cadas et tu et iudas tecum? Nol-
luit audire amasias: eo q̄ dominū es-
set voluntas: ut traderet in manus is-
raēl. pter deos edom. Ascendit igit
ioas rex israhel: et mutuo sibi ꝓbuere
conspectus. Amasias autem rex iuda
erat in bethsames iude. Corueq; iu-
das coram israel: et fugit in tabernacula
sua. Porro amasiam regē iuda filiū
ioas filij ochozie cepit ioas rex israhel
in bethsames et adduxit in ierusalem: de-
strūxitq; murū eius: a porta ephraim
usq; ad portam angli quadringentis
cubitis. Nunc quoq; aurū et argen-
tum: et universa vasa q̄ repererat i do-
mo dei: et apud obededom: in thesau-
ris etiam domus regis: necnō et filios
obsidum: reduxit i samariam. Vixit
autem amasias filius ioas rex iuda
postq; mortuus est ioas filius iachas
rex israhel quindecim annis. Reliqua
autē sermonū amasie prioꝝ et nouissi-
morum scripta sunt i libro regū iuda
et israhel. Qui postquā recessit a dō:
tetenderunt ei insidias in ierusalem.
Cunq; fugisset lachis miserūt et inte-
fecerunt eum ibi: reportantesq; super e-
quos sepelierunt eum cum patribus
suis in ciuitate dauid. xxvi.

Omnis autē ꝓplus iuda: filiū eius
oziam annorū sedecim: constituit
regem pro amasia pre suo. Ipse edifi-
cauit ahilat: et restituit eam diuoni
iude: postq; dormiuit rex cū patribus su-
is. Sedecim annoꝝ erat ozias cum re-
gnare cepisset: et quinquagintaduobus
annis regnauit i ierusalē. Nomen
matris eius iecelia de ierusalē. Fecitq;
quod erat rectum in oculis dñi iuxta
omnia que fecerat amasias pater eius:
et requisiuit dōm in diebus zachariē in-
telligentis: et videntis deum. Cunq; re-
quireret dōm: direxit eū in omnibus. De-
inde egressus est pugnauit cōtra phi-
listijm: et destruxit murū geth: et murū
iamnit: murūq; azoti. Edificauit q̄q;
oppida i azoto et philistijm: et adiuuit
eum deus cōtra philistijm: et cōtra ara-
bas qui habitabāt in gurbal: et cōtra
ammonitas. Iuxtaq; dānā ammoni-
tarum ozia: et diuulgatū est nomen
eius usq; ad introitum egipti: quia ef-
bras victorias. Edificauit quoq; ozias
turres i ierusalē super portā angul-
et super portam vallis: et reliquas in te-
dem muri latere: firmauitq; eas. Et
rusinq; turres in solitudine: et effodit
cisternas plurimas: eo quod habere
multa pecora: tam i campestribus quā
in herui vallibus. Vinitas q̄q; habuit
et vinitores in mōtibus: et i carmelo.
Erat quippe homo agricultur dñi.
Fuit autē exercitus bellatoꝝ eius q̄ pro-
cedēbāt ad pliā sub manu iehiel scribe
maasiaq; doctoris: et sub manu ana-
nie qui erat de duobus regis. Omnisq;

numerus principū p familias virorū
fortium diuorū milia septingentorū: et sub
eis universus exercitus tercentorū et se-
ptem milia quingentorū: q̄ erant apti
ad bella: et p rege cōtra adversarios
dimicabāt. Preparauit q̄q; eis ozias
id est cuncto exercitui clipeos: et hastas
et galeas et loricas: arcusq; et fundas
ad iaciendos lapides: et fecit in ierusalē
diuersi generis machinas quas i tur-
ribus collocauit: et i angulis murorū:
ut mitterent sagittas et saxa grandia.
Egressumq; est nomen eius procul: eo
q̄ auxiliaretur ei dōs et corroboraret
illum. Sed cū roboratus esset eleuatū
est cor eius in interitū suum: et neglexit
dōm dei suū: ingressusq; templū dōi
adolere voluit incensum super alta-
re thymiamatis. Statimq; ingressus
est eum azarias sacerdos: et cum eo
sacerdotes dōi octaginta viri fortissi-
mi: restiterunt regi: atq; dixerunt. Nō
est tui officij ozia: ut adoleas incensū
domino: sed sacerdotū hoc est filiorū
aaron q̄ consecrati sunt ad huiusmodi
ministerij. Egredere de sanctuario: ne
contempseris: quia non reputabitur
tibi in gloriā hoc a dōo deo. Iratusq;
ozias tenens in manu thuribulum
ut adoleret incensum: minabatur sacer-
dotibus. Statimq; orta est lepra: in
fronte eius coram sacerdotibus i domo
dōi: super altare thymiamatis. Cunq;
respexisset eū azarias pontifex: et omnes
reliqui sacerdotes: viderūt lepram in
fronte eius: et festinato expulerūt eum.
Sed et ipse pretereuit egredi:
eo q̄ sensisset illico plagā dōi. Fuit igi-
tur ozias rex leprosus usq; ad diem
mortis suē: et habitauit i domo separa-
ta: plene lepra ob quā eiectus fuerat de
domo dōi. Porro ioathan filius ei?
rexit domum regis: et iudicauit ꝓplum
terre. Reliqua autem sermonum ozie
priorum et nouissimorū scriptit ysa-
ias filius amos ꝓpha. Dormiuitq;
ozias cum patribus suis: et sepelierūt
eum in agro regalium sepulcrorum
eo q̄ esset leprosus: regnauitq; ioa-
than filius eius pro eo. xxvii.

Viginiquinq; annoꝝ erat ioathan
cum regnare cepisset: et sedecim
annis regnauit i ierusalē. Nomen ma-
tris eius ieruesa: filia sadoch. Fecitq;
quod rectū erat coram dōo iuxta ozia
que fecerat ozias pater suus: excepto
q̄ non est ingressus templū dōi: et ad-
huc ꝓplus delinquebat. Ipse edificauit
portam domꝰ dōi excelsam: et i muro
opeli multa cōstruxit. Vrbes quoq;
edificauit in mōtibus iuda: et in saltibus
castella et turres. Ipse pugnauit cōtra
regem filiorū ammon: et vicit eum. De-
dereūtq; ei filij ammon in tempore illo
centum talenta argēti: et decem milia
choros tritici: et totidem choros ordei.
Hæc ei prestiterūt filij ammon: in anno
secūdo et tercio. Corroboratusq; est ioa-
than: eo q̄ direxisset vias suas coram
domino deo suo. Reliqua autē sermo-
num ioathan et omnes pugne eius: et
opera scripta sunt in libro regū israhel
et iuda. Viginiquinq; annoꝝ erat cū
regnare cepisset: et sedecim annis re-
gnauit i ierusalem. Dormiuitq; io-
athan cum patribus suis: et sepelierunt
eum in ciuitate dauid: et regnauit
achaz filius eius pro eo. xxviii.

Viginti annoꝝ erat achaz cū regna-
re cepisset: et sedecim annis regna-
uit in ierusalē. Nō fecit rectum i cōspectu
domini: sicut dauid pater eius: sed am-
bulauit in viis regum israhel: insuꝑ
statuas fudit baalim. Ipse i q̄ adoleuit

incensum in valle hinnom: et lustrauit
filios suos in igne iuxta ritum gentium
quas interfecerat dominus in aduentu filiorum
israhel. Sacrificabat ⁊ in thymiama
succendebat in excelsis: et in collibus: et
sub omni ligno frondoso. Tradidit que eum
dominus deus israhel in manu regis syrie:
qui percussit eum magnam plagam. Mercidit
que phace filius romelie de iuda centum
viginti milia in die uno omnes viros
bellatores eo quod reliquissent dominum
deum patrum suorum. Eodem tempore oc-
cidit zechri vir potens ex ephraim ma-
siam filium regis: et azricam ducem domus
eius: helcanam ⁊ secundum a rege. Le-
pertuntque filij israhel de fratribus suis
ducenta milia mulierum puerorum ⁊ puel-
larum et infinitam predam: ptulerunque eam
in samariam. Ea tempestate erat ibi
prophera domini nomine oded. ⁊ egressus
obuiam exercitui venienti in samariam
dixit eis. Ecce iratus dominus deus patrum
vestrorum contra iudam tradidit eos manibus
vestris: et occidistis eos atrocitate. ita
ut ad celum pingere vsque crudelitas.
Insuper filios iuda ⁊ ihrusalem vestis ve-
stras subicere in seruos et ancillas: quod
nequam facto opus est. Peccatis tui
sup hoc dominum deum nostrum. Sed audite
consilium meum: et reducite captiuos quos
adduxistis de fratribus vestris: quia ma-
gnus furor domini imminet vobis. Sta-
uerunt ergo viri de principibus filiorum
ephraim azarias filius iohanan ba-
rachias filius mosollamoth. ezechias
filius sellum. ⁊ amasias filius hadali
contra eos qui venebant de preliis: et
dixerunt eis. Non introducetis huc ca-
piuos: ne peccemus domino. Quare
vultis adicere sup peccata nostra: et ve-
tera cumulare delicta: Grande quippe
peccatum est: ⁊ ira furoris dei imminet
sup israhel. Dimiserunque viri isti bella-
tores predam. ⁊ uinucta que ceperant
coram principibus et omni multitudine:
Stetueruntque viri quos supra memora-
uimus: ⁊ apprehendentes captiuos o-
mnesque qui nudi erant: vestierunt de spo-
liis. Cuique vestiuerunt eos et calcauerunt
et refecerunt cibo ac potu. unxerunque
propter laborem. ⁊ adhibuerunt eis
curam: quicunque imbecillo corpore im-
posuerunt eos iumentis. ⁊ adduxerunt
in iericho ciuitatem palmarum ad fratres
eorum: ipsique reuersi sunt in samariam. Tem-
pore illo misit rex achaz ad regem assi-
riorum. postulans auxilium. Venerunt
que idumei ⁊ percusserunt multos ex iuda:
et ceperunt predam magnam. Philistiim
quoque diffusi sunt per vrbes campestres
et ad meridiem iuda: ceperunque bethsa-
mes. ⁊ ahilon. et gadiroth. socho cum
et thamnam. ⁊ gamzo cum vicinis suis. ⁊
habitauerunt in eis. Humiliauerat enim
dominus iudam propter achaz regem iuda. eo
quod nudasset eum auxilio. et contempni
habuisset dominum: adduxeruntque contra eum
regem thephalasar regem assiriorum: qui
et afflixit eum. ⁊ nullo resistente vitauit. Igit achaz spoliata domo domini et
domo regum ac principum. dedit regi
assiriorum munera: et tamen nichil ei
profuit. Insuper ⁊ in tempore angustie
sue auxit contemptum in dominum. Ipse per
se rex achaz immolauit dijs damasci
victimas percussoribus suis ⁊ dixit. dij
regum syrie auxiliantes eis. quos ego pla-
cabo hostijs. ⁊ adeuant michi: cum contra eo ipsi fuerint ruine et et universo
israhel. Diripuit itaque achaz omnibus

vasis domus dei atque confractis clausit
ianuas templi dei: ⁊ fecit sibi altaria
in universis angulis ihrusalem. In omni-
bus quoque vrbibus iuda. erexit aras
ad incendendum thus: atque ad iracundiam
provocauit dominum deum patrum suorum. Reli-
qua autem sermonum eius. omnium operum
suorum priorum ⁊ nouissimorum scripta sunt
in libro regum iuda ⁊ israhel. Dormiuit
que achaz cum patribus suis: ⁊ sepelierunt
eum in ciuitate ihrusalem. Sicque eum reposuerat
eum in sepulcra regum israhel. Regnauitque
ezechias filius eius pro eo. XXIX

Igitur ezechias regnare cepit cum viginti
quinque esset annorum: et viginti nouem
annis regnauitque in ihrusalem. Nomen
matris eius abia filia zacharie. Fecit
que quod erat placitum in conspectu domini:
iuxta omnia quecumque fecerat dauid pater eius.
Ipso anno et mense primo regni sui
aperuit valuas domus domini. ⁊ instaura-
uit eas: adduxitque sacerdotes atque leui-
tas. ⁊ congregauit eos in platea orien-
talem dixitque ad eos. Audite me leui-
te: et sanctificamini: mundate domum
domini dei patrum nostrorum: et auferte omne
immunditiam de sanctuario. Peccaue-
runt patres nostri: ⁊ fecerunt malum in
conspectu domini dei nostri. deseruiteque
eum: auerteque facies suas a tabernaculo
domini dei nostri. ⁊ obuertit dorsum: clau-
serunt ostia que erant in porticu et ex-
tinxerunt lucernas: incensumque non o-
leuerunt: et holocausta non obtulerunt
in sanctuario deo israhel. Concitatus
est itaque furor domini sup iudam ⁊ ihrusa-
lem: tradidique eos in commotionem. et in in-
teritum ⁊ in sibilum. sicut ipse cernitis
oculis vestris. En corruerunt patres ve-
stri gladijs: filij nri ⁊ filie nre. ⁊ coniu-
ges captiue ducte sunt. propter hoc fecimus.
Nunc ergo placet michi ut iniamus
fedus cum domino deo israhel: ⁊ auertere a
nobis furorem ire eius. Filij mei nolite
negligere. Vos elegit dominus ut stetis co-
ram eo et ministretis illi: et colatis eum
et conuertis ei incensum. Surrexerunt
ergo leuite: maath filius amasai. ⁊ io-
hel filius azarie de filijs caath. Por-
ro de filijs merari: cis filius abdei ⁊ a-
zarias filius iahalelel. De filijs autem
gersom: ioha filius zimma. ⁊ eden filius
ioahe. At vero de filijs elisaphan: sam-
ri et iahihel. De filijs quoque asaph:
zacharias ⁊ mathanias necnon de fi-
lijs heman: iahihel. ⁊ semei. Sed et de
filijs idithun: semeias ⁊ oziel. Con-
gregauerunque fratres suos ⁊ sanctifi-
cati sunt: ⁊ ingressi sunt iuxta mandatum
regis ⁊ imperium domini: ut repurarent domum
dei. Sacerdotes ⁊ ingressi templum do-
mini ut sanctificarent illud ejecerunt
omne immundicia quam intro reperebant
in vestibulo domus domini: quam tulerunt
leuite et asportauerunt ad torrentem ce-
dron foras. Cepeuntque autem prima die
mensis primi mundare et in die octaua
eiusdem mensis ingressi sunt porticum
domus templi domini: expiauerunque templum
diebus octo: ⁊ in die sexdecimo mensis
eiusdem. quo expiatum impleuerunt. Ingressi
quoque sunt ad ezechiam regem: et di-
xerunt ei. Sanctificauimus quidem do-
mum domini. ⁊ altare holocausti. vasaque
eius. mensam. propositionis cum
omnibus vasis suis. candelabrum templi
supellectilem quam polluerat rex achaz
in regno suo postquam preuaricatus est: et
ecce reposita sunt omnia coram altari do-
mini. Consurgensque diluculo ezechias
rex. adunauit omnes principes ciuita-
tis. ⁊ ascendit in domum domini: obtulerunt
que simul thauros septem. ⁊ arietes septe-
nagenos septem. ⁊ hircos septem. pro peccato

pro regno·pro sanctuario·pro iuda.
Vtinq; sacerdotibus filijs aaron:ut offerent super altare dñi. Immolauerunt igitur thauros:et suspexerunt sanguinem sacerdotes·z fuderunt illum super altare. Immolauerunt etiã arietes·z illos sanguinem super altare fuderũt. Immolauerunt agnos:z fuderunt super altare sanguinẽ. Applicuerũt hircos pro peccato coram rege·z ecclesia multitudine. Imposuerũt manus suas super eos:et immolauerũt illos sacerdotes:z aspersuerunt sanguinẽ eorũ coramaltari.p piaculo omnium israhel. Pro omni quippe israhel ꝓpecrat rex ut holocaustũ fieret pro peccato. Constituit q; leuitas i domo dñi·cũ cimbalis z psalteriis et citharis·secũdũ dispositionẽ dauid z gad videntis regis z nathan ꝓphete. Siquidem dñi preceptũ fuit·p manũ propheta rum eius. Steterũtq; leuite tenentes organa dauid z sacerdotes tubas:et iussit ezechias ut offerent holocausta super altare. Cumq; offerẽtur holocausta cepẽrũt laudes canere dño·z canere tubis:atq; in diuersis organis q; dauid rex israel repererat decipere. Omnis aũt turba adorante·cãtores z hij qui tenebant tubas erant in officio suo:donec compleret holocaustũ. Cũq; finita esset oblatio inuiuatus ẽ rex·z omnes qui erant cum eo:z adorauerũt. Precepitq; ezechias z principes leuitis ut laudarent dñm ꝛmonibus dauid et asaph videntis: qui laudauerũt deũ magna letitia:z inclinato genu adorauerunt. Ezechias aũt etiã hꝛ addidit. Impleto manus vestras dño:accedite z offerte victimas·z laudes in domo dñi. Obtulit ergo universa multitudo hostias et laudes z holocausta:mente deuota. Porro numꝰ holocaustorũ q; obtulit multitudo hic fuit. Thauros lxxxiiii·arietes centũ·agnos ducentos:sanctificauerũtq; duo boues sexcentos:et oues tria milia. Sacerdotes vero pauci erant:nec poterant sufficere ut pelles holocaustorũ detraherent. Vnde z leuite fratres eorũ adiuuerũt eos:donec impleret opus z sãctificarẽtur ministri. Leuite quippe faciliori ritu sanctificantur quã sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima adipes pacificorũ et libamina holocaustorũ:z completus est cultus domꝰ dñi:letatusq; ẽ ezechias et omnis populus eo q; ministerium domini esset expletũ. De repente quippe hoc fieri placuerat. xx

Miliq; ezechias ad omnẽ israhel et iudã:scripsitq; epistolas ad ephraim z manassen:ut venirent ad domũ dñi in ihrusalẽ·z facerent phase domino deo israel. Inito ergo cõsilio regis z principũ et universi cetus ihrusalẽ:decreuerũt ut facerẽt phase mense secundo. Non enim poterãt facere i tempore suo:quia sacerdotes qui poterant sufficere sanctificari nõ fuerant·et populus nondũ congregatus fuerat in ihrlm. Placuitq; tenuo regi et omni multitudini:z decreuerũt ut mitterent nuncios i universum israel de bersabee usq; dan:ut venirent z facerẽt phase dño deo israhel i ihrusalẽ. Multi enim non fecerãt sicut lege ꝓscriptũ ẽ. Perierantq; cursores cũ epistolis ex regis mandato·z principũ eꝰ in uniũsum israel et iudã:iuxta id quod rex iusserat predicantes. Filij israhel reuertimini ad dñm domini abraham z ysaac z israhel:z reuertetur ad reliquias q; effugerunt manus regis assiriorũ. Nolite fieri sicut patres vestri z fratres qui recesserunt a domino deo patrũ suorũ:

et tradidit eos in interitũ·ut ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri. Tradite manꝰ dño: et venite ad sanctuariũ eius qd sanctificauit in eternũ. Seruite domino deo patrũ vestrorũ:z auertẽt a vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad dñm:fratres vestri z filij habebunt misericordiã coram dño suis·qui illos duxerũt captiuos:z reuertetur in terrã hanc. Pius enim z clemens est dñs deꝰ vestꝛ:z non auertet faciẽ suã a nobis si reuersi fueritis ad eũ. Igit cursores pergebãt velocitate de ciuitate i ciuitatẽ per terrã ephraim et manasse usq; ad zabulon:illis irridentibꝫ·et subsannãtibus eos. Attamen quidam viri ex aser z manasse z zabulon acquiescentes consilio:venerunt ihrlm. In iuda vero facta est manus dñi ut daret eis cor unũ:ut facerent iuxta ꝓceptũ regis et principũ verbum dñi. Congregati q; sunt i ihrusalem ꝓ multi:ut facerent solẽnitatẽ azimorũ i mense secũdo. Et surgentes destruxerunt altaria que erant in ihrlm:atq; omnia in quibus volebãt adolerẽt incensum subuertentes·proiecerũt in torrentẽ cedron. Immolauerũt aũt phase xiiadecima die mensis secundi. Sacerdotes q; atq; leuite tandem sanctificati obtulerũt holocausta in domo dñi:steterũtq; in ordine suo iuxta dispositionẽ z legẽ moysi hominis dei. Sacerdotes vero suscipiebant effundendũ sãguinẽ de manibꝫ leuitarũ:eo q; multa turba sanctificata non esset:z idcirco immolabãt leuite phase hijs q; nõ occurrerãt sanctificari dño. Magna etiã pars ꝓpli de ephraim et manasse z ysachar et zabulon q; sanctificata nõ fuerat comedit phase non iuxta qd scriptũ est:et orauit pro eis ezechias dicens. Dominꝰ bonus propitiabitur·cũctis qui i toto corde requirũt dñm deũ patrũ suorũ:z non imputabit eis qd minus sanctificati sunt. Quẽ exaudiuit dño:z placatus est ꝓlo. Fecerũtq; filij israel qui inuenti sunt in ihrlm solemnitatẽ azimorũ septem dierũ i letitia magna·laudãtes dñm p singulos dies:leuite q; z sacerdotes per organa q; suo officio cõgrediebant. Et locutus est ezechias ad cor omniũ leuitarũ:qui habebant intelligentiam bonã sup dño:et comedẽrũt septem diebꝫ solẽnitatis: immolãtes victimas pacificorũ:et laudantes dñm deum patrũ suorũ. Placuitq; universe multitudini ut celebrarẽt etiam alios dies septẽ:qd z fecerũt cũ ingenti gaudio. Ezechias aũt rex iuda ꝓbuerat multitudini mille thauros:et septem milia ouiũ. Principes vero dederãt populo thauros mille:z oues decẽ milia. Sanctificata ergo ẽ sacerdotum plurima multitudo:z hilaritate plusq; omnis turba iuda tam sacerdotũ z leuitarũ q; universe frequẽtie q; venerat ex israhel: proselitorũ quoq; de terra israel z habitantiũ in iuda. Factaq; ẽ grandis celebritas in ihrusalẽ: qualis a diebꝫ salomonis filij dauid regis israhel in ea urbe nõ fuerat. Surrexerũt aũt sacerdotes atq; leuite benedicẽtes populo et exaudita ẽ vox eorum: peruenitq; oratio i habitaculũ sanctũ eius. xxi

Cumq; hꝛ iussisset rex celebrata: egressus est omnis israhel qui inuentus fuerat i urbibꝫ iuda·et fregerũt simulacra fecerũtq; lucos:deiecerũtq; sunt excelsa·z altaria destruxerũt·non solũ de universo iuda z beniamin sed et de ephraim quoq; et manasse:donec penitus euerterent. Reuersiq; sunt

omnes filij israhel: in possessiones et
ciuitates suas. Ezechias aut statuit
turmas sacerdotales ⁊ leuitas ⁊ di-
uisiones suas unusquisq; in officio
proprio: tā sacerdotū videlicet q̄ leui-
tarū ad holocausta ⁊ pacifica: ut mini-
straret et cōfiteret: caneret q; i portis
castrorū dñi. Pars aut regis erat ut
de propria eē substancia offerretur ho-
locaustū mane semp ⁊ vespere: sabba-
tis quoq; ⁊ kalendis ⁊ solēnitatibus
cunctis: sicut scriptum ē in lege moysi.
Preceperat aut ipse habitantib ierusa-
lem: ut darent partes sacerdotibus ⁊
leuitis: ut possent vacare legi domini.
Quod cū peruulgatum esset in auribus mul-
titudinis plurimas obtulere primicias
filij israhel: frumenti vini ⁊ olei: mellis
quoq; ⁊ omnium que gignit humus: decī-
mas obtulerūt. Sed et filij israel ⁊ iuda
qui habitabāt in urbibus iuda obtulerūt
decimas boū ⁊ ouium: decimas q; san-
ctorum q̄ vouerat dño deo suo: atq; uni-
uersa poterant ferre acceruos plurimos. Mense tercio ceperūt acceruo ta-
cere fundamenta: ⁊ mense septimo cōple-
uerunt eos. Cumq; ingressi essent e-
zechias et principes eius: uiderūt acer-
uos: ⁊ laudauerūt dño: et ipso israel. Iu-
terrogauitq; ezechias sacerdotes ⁊ leui-
tas: cur ita iacerēt acerui. Ait illi a-
zarias sacerdos pm̄s de stirpe sadoch
dicens. Ex quo cepersit offerri primi-
tie in domo dñi: comedimus ⁊ saturati
sumus: et remanserūt plurima: eo qd
benedixerit dñs ipso suo. Reliquiarū
aut est copia ista q̄ cernis. Precepit
igit ezechias: ut pararent horrea in
domo dñi. Quod cum fecissent uiuul-
runt tam primitias q̄ decimas: et que
cunq; vouerant fideliter. Fuit aut pre-
fectus eorū cponendis leuita: et semei
frater eius secūs: post quē ichiel ⁊ azā-
rias: et naad: et asahel ⁊ ieramoth: io-
zabat quoq; ⁊ elihel: et ismachias: et
maath ⁊ banaias: ipsi sub manu
dhonenie et semei fratris eē in pri-
mis ezechie regis ⁊ azarie principis
domus dñi: ad quos omia pertinebāt.
Chore uero filij ymna leuites ⁊ iani-
tor orientalis preter ipsius erat hijs
que sponte offerebant dño: primicias
et cōsecratis in sancta sanctorū: et sub
cura eius eden ⁊ beniamin: iehsue ⁊ se-
mecias: amarias quoq; et sechenias:
i ciuitatibus sacerdotū: ut fideliter distri-
buerent fratribus suis partes: minoribus
atq; maioribus: excepto mario ab an-
nis tribus et supra: cuncto q̄ ingrediēbā-
tur templū dñi. Et quicquid q̄ singulis
dies cōuenebāt i ministerio: atq; ob-
seruationibus iuxta diuisiones suas:
sacerdotibus q̄ familias ⁊ leuitis a vi-
gesimo ano ⁊ supra q̄ ordines ⁊ turmas
suas: uniuscuiusq; infirmitatē ipsorū
quā libere cōuenit: ferre: fideliter
ibi de hijs q̄ sanctificata fuerāt prebē-
bant. Sed ⁊ filijs aaron q̄ agros et
suburbana urbium singularū disposi-
erant viri qui partes distribuerē om-
nibus sexui masculino: de sacerdotib
et leuitis. Fecitq; ezechias uniuersa q̄
diuinus in omni iuda: operatusq; est bo-
num et rectū ⁊ verū coram dño deo suo:
in uniuersa cultura ministerij domus
domini iuxta legem et ceremonias:
volens requirere deum suū i toto corde
suo. Fecitq; prosperē ē. xxxij

Post que et huiusmodi veritatē
venit sennacherib rex assiriorū:
et ingressus iudam obsedit ciuitates
munitas: volens eas capere. Quod
cum uidisset ezechias uenisse sennā-
cherib et rotum belli impetum

uersi cōra hierusalē: iniit cū principibus
consilium uirisq; fortissimis ut obtura-
rent capita fontiū qui erāt extra urbē:
et hoc omniū decernēte sententia con-
gregauit plurima multitudinē: ⁊ obtu-
rauerunt cūctos fontes ⁊ riuū qui fluē-
bant i medio ire diuītes. Ne veniant
reges assiriorū: et inueniāt aquarū a-
bundantiā. Edificauit q̄ agens mūdi-
tie omnē murū q̄ fuerat dissipatū: et
erexit turres deluū: ⁊ fecit ex alteo
murū. Instauratiq; mello i ciuitate
dauid: ⁊ fecit uniūsi generis armatura
et clipeos. Cōstituitq; principes bellato-
rum in exercitu: et cōgregauit uniūsos
in platea porte ciuitatis: ac locutus ē
ad eos eos dicens. Viriliter agite ⁊ cō-
fortamini: nolite timere: nec pauetis
regem assiriorū ⁊ uniuersam multitudi-
nem que ē cum eo. Multo enī plures
nobiscū sunt quā cum illo. Cū illo enī
est brachiū carneū: nobiscū dñs deus
noster q̄ auxiliator est noster: pugnat
q̄ pro nobis. Cōfortauitq; ē ipse hu-
iusmodi verbis ezechie regis iuda.
Que postq̄ gesta sunt: misit sennache-
rib rex assiriorū suos suos ierusalem ipse
autem cū uniuerso exercitu obsidebat la-
chis: ad ezechiā regē iuda ⁊ ad omnē
plebem qui erat i urbe dicens. Hec dicit
sennacherib rex assiriorū. In quo ha-
betis fiduciā: ⁊ deinde obsessi i ierusa-
lem ezechias decipit vos: ut tradat
vobis in fame: et sitī: affirmans q̄ dō-
minus deus vester liberet vos de manu
regis assiriorū ⁊ Nūquid non iste est
ezechias qui destruxit excelsa illius et
altaria: ⁊ precepit iuda ⁊ hierusalē dicens:
coram altari uno adorabitis: et in ipso
comburetis incensū ⁊ An ignoratis
que ego fecerim: et patres mei cunctis
terrarū populis ⁊ Numquid prualuerūt
dij gentium omniūq; terrarū liberare
regionē suā de manu mea? Quis ē de
universis dijs gentiū q̄s vastauerunt
patres mei qui poterit eruere populū
suum de manu mea: ut possit eram
deus vester eruere vos de hac manu ⁊
Non vos ergo decipiat ezechias: nec
vana persuasione deludat: neq; credā-
tis ei. Si enī nullus potuit de cūctis
gentiū atq; regionū liberare plebem suā
de manu mea ⁊ de manu patrū meorū:
cōsequentur nec de vestre poterit eruere
vos de hac manu. Sed ⁊ alia multa
locuti sunt servi eius contra dñm deum:
et cōra ezechiā seruū eius. Epistolas
quoq; scripsit plenas blasphemie i do-
minū deū israhel: ⁊ locutus ē adūsum
eum. Sicut dij gentiū terrarū nō potu-
erunt liberare plebem suā de manu mea:
sic ⁊ deus ezechie eruere nō poterit plebem
suā de manu ista. Inuiq; et clamore
magno ligua iudaica ora plebis qui
sedebat in muris hierusalē plonabat:
ut terrerent eos ⁊ raperet ciuitatē. Loqu-
utusq; est contra deū israhel: sicut aduer-
sum deos populi terre opera manuū ho-
minū. Orauerūt igit ezechias rex et
isaias filius amos, pheres adūsum
hanc blasphemiā: ac vociferati sunt
usq; in celū. Et misit dñs ageli suū:
qui percussit omnē virū robustū ⁊ bel-
latorem ⁊ principē exercitū regis assi-
riorū: reuersusq; ē cum ignominia in
terram suā. Cumq; ingressus esset do-
mum dei sui: filij qui egressi fuerant
de utero eius interfecerūt eum gladio.
Saluauitq; dominus ezechiā et ha-
bitatores ierusalem de manu sennache-
rib regis assiriorū ⁊ et de manu omni-
um: ⁊ prestitit ei quietem q̄ circuiuit.
Multi eciā deferebāt hostias ⁊ sacrificia
a dño i ierusalem et munera ezechie regi

iuda. Qui exaltatus ē post hæc coram
cunctis gentibus. In diebus illis egrota-
uit ezechias usq; ad mortē: ⁊ orauit
dñm. Exaudiuitq; eū ⁊ dedit ei signū:
sed nō iuxta beneficia ēi accepcat reci-
duit: quia elevatū est cor eius. Et facta
est cōtra eū ira: ⁊ contra iudā et iherusa-
lem. Humiliatusq; est postea cor eius exaltatū
fuisset cor eius: tam ipse q̄ habitatores
iherusalē: ⁊ idcirco nō venit super eos
ira dñi in diebus ezechie fuit aūt ezē-
chias diues ⁊ inclitus valde: ⁊ thesau-
ros sibi plurimos congregauit argēti
et auri: et lapidis pōcosi. aromatū et
armorū omnīū generis: et vasorū ma-
gni pretij: apotheca quoq; frumenti
vini: ⁊ olei: et pecoris omnīū numero-
rum: ac ualdē pecoribus: et vrbes ex-
ēdificauit. Habebat quippe greges o-
uium: ⁊ armentorū innumerabiles: eo
q̄ dedisset ei dñs substantiā multam
nimis. Ipse ē ezechias qui obturauit
superior fontem aquarū gyon: ⁊ auer-
tit eas subter ad occidentem vrbis da-
uid. In omnibus operibus suis fecit pro-
spere quæ voluit. Attamen il legatione
principū babilonis q̄ missi fuerāt ad
eum: ut interrogarent de portento q̄
acciderat super terrā: deliquit eum dñs:
ut temptaret et nota fierent omnia q̄
erant in corde ei⁹. Reliqua aūt sermonū
ezechie: ⁊ misericordiarū ei⁹ scripta sūt i visi-
one ysaie filij amos. ꝓphē: et in libro
regū iuda ⁊ isrl. Dormiuitq; ezechias
cū pribus suis: et sepelierūt eum supra se-
pulcra filiorum dauid. Et celebrauit
eius exequias universa iuda: ⁊ omnes
habitatores iherusalem: regnauitq;
manasses filij ei⁹ p eo. xxxiij

Quadrim annorū erat manasses
cum regnare cepisset: et quinqa-
gintaquinq; annis regnauit i iherusa-
lem. Fecit autem malū coram dño iuxta
abominationes gentū quas subuer-
tit dñs coram filijs israhel: ⁊ cōuersus
instauraūt ezechias que demolitus fu-
erat ezechias pater eius: erēxitq; aras
baalim: ⁊ fecit lucos: ⁊ adorauit omnē
militiam celi ⁊ coluit eam. Edificauit
quoq; altaria i tempo dñi: de qua di-
xerat dñs in iherusalem erit nomen meū i
eternū. Edificauit aūt ea uniuerso exer-
citui celi: i duobus atriis domus domini:
transiuitq; filios suos p igneū in
valle filij hinnom. Observabat somnia.
sectabat auguria: maleficis arduus
inseruiebat. Habebat secum magos
et incantatores: multaq; mala operatus
est coram dño ut irritaret eū. Sculpsit
quoq; et cōstituit signū posuit i tempo
dñi: de qua locutus ē dñs ad dauid
et ad salomonē filiū eius dicens. In
domo hac et in iherusalem quā elegi de
cūctis tribubus israhel ponā nomen meū
in sempiternū: et movebo non faciam
pedem israel de terra quā tradidi patribus
eorum: ita dummodo custodiant
facere quæ precepi eis omnemq; legem
et cerimonias atq; iudicia q̄ mandau
per manū moysi. Igitē manasses seduxit
iudam ⁊ habitatores iherusalem: ut
facerēt malū sup omnes gentes quas
subuertrat dominus a facie filiorum
israhel. Locutusq; est dñs ad eū et ad
plebem illius: ⁊ attendere noluerunt. Ad-
ducit igitur eis principes exercitus
regis assiriorum: ceperūtq; manassem: et
vinctum catenis atq; compedibus du-
xerunt in babilonē. Qui postq; man-
gustatus est deprecatus dñm deū suū: et
egit penitentiā valde coram deo patris
suorum. Deprecatusq; ē eum et obse-
crauit eum: et exaudiuit orationem
eius: reduxitq; eū iherusalem i regnū suū

cognouit manasses quod dominus
ipse esset deus. Post hæc edificauit mu-
rum extra ciuitatē dauid ad occidentem
gyon. in cōualle ab introitu porte pi-
scium p circuitū usq; ad ofel: et exalta-
uit illū vehementer. Cōstituitq; princi-
pes exercitus in cūctis ciuitatibus iuda
munitis. ⁊ abstulit deos alienos. et
simulacrū de domo dñi: aras quoq;
quas fecerat in monte domus dñi et in
iherusalem: et proiecit extra vrbem.
Porro instauravit altare dñi: et im-
molauit sup illud victimas ⁊ pacifica
et laudem: precipitq; iude ut seruiret dño
deo israhel. Attamen adhuc populus
immolabat i excelsis dño deo suo. Re-
liqua aūt gestorū manasse: ⁊ obsecra-
tio eius ad deum suū: verba quoq; vi-
dentū q̄ loquebant ad eum i nomine
domini dei israhel cōtenentur in sermo-
nibus regum isrl. Oratio quoq; eius
et exaudiuit et cuncta peccata atq; con-
temptus: loca etiā in quibus edificauit
excelsa et fecit lucos et statuas antequā
ageret penitentiā: scripta sunt in sermo-
nibus ozai. Dormiuit ergo manasses
cū patribus suis: ⁊ sepelierūt eū in domo
sua: regnauitq; p eo filius eius amon.
Viginti duo annos erat cū regnare
cepisset: ⁊ duobus annis regnauit in ihe-
rusalem. Fecitq; malū i aspectu dñi sicut
fecerat manasses pater eius: ⁊ cūctis ydo-
lis que manasses fuerat fabricatus im-
molauit atq; seruiuit ⁊ nō est reuerentus
faciē dñi sicut reuerē ē manasses pa-
ter eius: ⁊ multo maiora deliquit. Cūq;
obirasset adūlus eū sui interfe-
runt eū i domo sua: porro reliqua ꝓli
mium eius hijs q̄ amon gesserat
cōstituit regem iosiā filiū eius pro eo.

Octo annorū erat iosi-
as cū regnare cepisset: ⁊ triginta
et uno anno regnauit in iherusalem. Fecit
q; quod erat rectum i conspectu dñi: et
ambulauit in viis dauid patris sui:
non declinauit usq; ad dexteram usq;
ad sinistrā. Octauo aūt anno regni
sui cū adhuc esset puer: cepit querere
deū patris sui dauid: et duodecimo
anno postq; ceperat: mūdauit iudam
et iherusalē ab excelsis lucis simula-
crisq; et sculptilibus. Destruxerūtq; coram
eo aras baalim: et simulacra q̄ superpo-
sita fuerāt demolita sunt. Lucos etiā ⁊
sculptilia fuerūt atq; comminuit: et
super tumulos eorū qui eis immolaue-
rāt ea quæ ceciderāt dispersit. Ossa pre-
terea sacerdotū cōbussit i altaribus ydo-
lorū: mūdauitq; iudā ⁊ iherusalem. Red-
ut in vrbibus manasse et ephraim et sy-
meon usq; neptalim cuncta subuertit.
Cūq; altaria dissipasset et lucos et
sculptilia cōtriuisset in frusta. cūctaq;
delubra demolitus esset de uniuersa
terra israhel: reuersus ē iherusalem. Igitur
anno octauodecimo regni sui mūda-
ta iā terra et templo dñi: misit saphan
filiū eselie et maasiam principē ciuita-
tis: et ioha filiū ioachaz acomentarios
ut instauraret domū dñi dei sui.
Qui venerunt ad helchiam sacerdotē
magnū: acceptaq; ab eo pecunia que
illata fuerat in domū dñi: et quā con-
gregauerāt leuite et ianitores de ma-
nasse et ephraim et omnibus reliquijs
israhel. ab omni q̄ iuda ⁊ benyamin ⁊
habitatoribus iherusalem: reddiderūt in
manibus eorū qui preerant operarijs in do-
mo dñi: ut instauraremt templum. et
infirma quoq; sarcirēt. Et illi dederūt
ea artifibus et cementarijs: ut emerēt
lapides de lapidicinis. et ligna ad
commissuras edificij: ⁊ ad tigniatio-
nem domoq; quas destruxerant reges

iuda. Qui fideliter cuncta faciebāt. Erāt
aūt ꝓposti oranciū iadab et abdias
de filijs merari · zacharias ⁊ mosollā
de filijs caath · ⁊ urgebāt opus: omnes
leuite scientes organis cantare. Super
eos ero qui ad diuersos usus onera
portabant: erant scribe · et magistri de
leuitis ianitores. Cūq; efferent pecuniam
q̄ illata fuerat in templū domini
reperit helchias sacerdos librum legis
